OBSERVATIONES BABRIANÆ

SCRIPSIT

ALFRED EBERHARD Dr.

BEROLINI MDCCCLXV.
PROSTAT APUD S. CALVARY ET COMP.
(H. SIMON.)

OBSERVATIONES BABRIANAE.

In Babrii fabulis emendandis et explicandis cum brevissimo temporis spatio ex quo cod. Athous repertus erat incredibili studio plurimi homines docti operam suam collocaverint, ut impares viribus ita impares successu, praeter multa egregia multas quoque hariolationes, multa somnia prolata esse minime est mirandum. Quorum magna pars inde nata est, quod multa se indagasse scireque putarunt, quae hodie sciri nequeunt. Quo in genere quis copia levissimarum atque futilissimarum opinationum audacia quam interdum admirari subit prolatarum magis eminuerit quam O. Keller sub specie diligentiae et doctrinae artis et rationis paene consilio contemtor, ego equidem nescio. Commentationem eius invenies in eo libro qui inscribitur: 4. Supplementbd. d. Jahrb. f. Ph. p. 309—418 (cf. ‚Jahrb. f. Ph. u. P.' 87 (1863) p. 324). Lessingii nihil ne nomen quidem in ea legitur. In fronte libri haec sunt proposita: opinionum commenta delet dies, naturae iudicia confirmat. Ne lector argumenti gravitate obrueretur non solum iis quas iam indicavi rebus abunde curavit sed etiam novae artis logicae praecepta exemplis illustravit (332. 335. 388. 389. 390. 396. 399. 406. 409) salesque inspersit satis illos lepidos (V. modo p. 399. ‚αὐτοῖς ἀνδράσι: denselben Graecismus hat Ap. Rh. oft'). Quidquod commentationem varia doctrina repletam distinxit litteris hebraicis et arabicis (373) (aegre syriacis et sanscriticis caremus): quasi quisquam dubitare possit quin arabicae linguae sit peritus qui Locmani editione utitur Erpeniana non Roedigerana: sedenim illa scatet innumeris vitiis, haec vere critica dici posset nisi careret versione latina. Ut vero cognoscas qua diligentia elaboraverit unum e multis promam exemplum. Dicit 396 apud Longum II p. 154 occurrere impf. ἤμην [de quo v. Buttm. 1, 528. Winer N. T. Gr. 73. Sturz d. Mac. 169. Piers. Moer. 172. Schäf. Long. 423. Ellendt L. S. 1, 512. Cobet N. l. 188. Iac. A. P. 2 p. 836. Phot. l. 70, 18. 21. Babr. 130, 11. Alciphr. 3, 13, 1. 54, 3. f. Aes. 160. 216. H.]. Qua ille editione usus sit scire cupiverim. Eadem autem usus est ed. qua quem laudat Lob. Phr. 152. At qui hodie de rebus grammaticis disserens Longi locum affert eum in Hercheriana vel certe Didotiana quibus novam prorsus induit formam evolvat oportet. Quod ut faceret eo magis erat necessarium quia nemo hodie ex quo Passovius capitum numeros apposuit Longi locum secundum pag. non addito editoris nomine citat. Phryn. Lob. qui pervolutavit plurimis erroribus typographi vel calami numeros scit infectos esse. Ergo evolvet locum in ed. qua Lob. uti solet Schaeferiana invenietque non l. II p. 154 sed l. IV p. 134. Nescio qua fortunae invidia idem vitium quod Lob. commiserit Keller nisi ut ille cum Platone homo vafer cum Lobeckio errare quam cum aliis sapere maluit. Sed Campius etiam eodem errore cum Lobeckio in loco Polybiano tentando erravit. Qua arte Keller versetur ut commentis suis speciem quandam fallacem praetexat iam luculento exemplo demonstrabimus. Cum omnes veteres consenserint Aesopum fabulas narravisse, conscripsisse autem faex tantum Graecorum retulerit, K. 378 inde quod Platoni λόγων συνθέτης dicatur, συντίθεσθαι autem praecipue de libris conscribendis usurpetur, eruditissimis Graecorum qui tum fuerint ‚persua-

sissimum' fuisse concludit Aesopum fabulas collegisse collectasque litteris mandasse. Iam pergit ‚Apologe [nomine abutitur] hat es schon vor Aesopos innerhalb und ausserhalb Griechenlands gegeben: wäre nicht eine geschriebene Sammlung unter seinem Namen zu den Gr. gekommen [unde?], so liesse sich der grosse litterarische Ruf des Aes. gar nicht erklären'. Ac primum quidem, quid haec sibi volunt ‚litterarischer Ruf'? Deinde, ex veterum sententia Aesopus fabulis inventis nomen famamque sibi paravit: quod utrum verum an falsum fuerit, de eo iam non agitur. Etiamsi autem unus alterve veterum scriptorum de Aesopi libris scriptis locutus esset, ei non multum tribuerem, quia Graecos in his rebus levissimos fuisse constat. Sin vero ei quod et rerum natura et nomen postulat, fabulas non descriptas sed viva voce traditas esse, ipsum accedit veterum testimonium, nemo qui sana utitur ratione inde abscedet. Illa vero ratiocinatione fretus Keller non solum Aesopi librum, sed etiam Libysticarum fabularum collectionem sibi finxit (311. 355. 356. 358. 376. 378. 385). Taedet ea quae Bentleio auctore Grauertus dudum rectissime exposuit recoquere (p. 39 sqq.). Sed haec levissima sunt ubi cum iis contuleris quae de vita Babrii minus acutis hominibus adhuc incognita narravit. Postquam enim Lachmanno auctore qui ab Alexandro illo rege in tempore Babrii definiendo proficiscatur eum justo fundamento carere recte dixit, ipsum Lachmannum inde ordiri contendit (388), ne intellegens quidem quam unicus ille vir viam monstraverit; sed longius etiam progressus cum Lachmanni sententia Bergkii atque Boissonadii commenta ex aequo componit. Ipse K. a f. 85 profectus — Bergkium et Schneidewinum debebat auctores profiteri — quia v. 2 canes Achaeum canem ducem creavisse dicantur, Babrium foederis Achaici temporibus vixisse autumat (389). Qui locus si quid probat, quid plus probet quam Babrium post illa tempora vixisse non video. Quidni enim e fabula sermone pedestri conscripta quam versibus expressit in suam transtulerit canem Achaeum? Tam firmo autem argumento innixus K. Schneidewinum (qui postea sententiam suam mutavit) et Hertzbergium secutus, quum dudum ab aliis verisimillimum redditum sit Babrium fuisse Syrum, Alexandrum regem fuisse contendit Alex. I Balam. Postquam tres annos regnavit regno expulsus ab Arabibus ad quos confugerat interfectus est. Inde explicandum esse H. et K. putant cur Babrius Arabes perfidos esse se expertum dicat. Sed illi Alexandri I. filio nomen erat non Brancho sed Antiocho VI Epiphani (de quo nescio cur H. et K. prorsus taceant): qui quum pater vita decederet, ad summum tres annos natus, decem natus item interfectus est. Hunc Antiochum fuisse Branchum nemo puto demonstrabit neque magis eius fratrem: fuerunt tamen — dico Boiss. Hertzb. K. — qui filium spurium fuisse suspicati sunt! V. F. 57, 12 ἐντεῦθεν Ἄραβές εἰσιν ὡς ἐπειράθην ψεῦσταί τε καὶ γόητες, ὧν ἐπὶ γλώσσης οὐδὲν κάθηται· ῥῆμα τῆς ἀληθείης tantum abest ut quicquam pro Kelleri sententia efficiant ut ei obsint. Nam si quis neci tam perfidae atque atroci interfuerit, is profecto non tam levibus utetur verbis quae Arabes non nisi mendaciorum et fallaciae accusant. In universum, quae K. aliique de Babrio homine de plebe oriundo, Branchi paedagogo atque post patris necem altero quasi patre, de fuga cum Alexandro I ad Arabes, de reditu non sine vitae periculo confecto, de vita quam Athenis degerit narraverunt, eae merae nugae sunt omni ratione destitutae. Unde K. suae sententiae haud parvum accedere momentum opinatur quod B. nunquam quomodo rex agere debeat discipulo praedixerit, id nimis ridiculum est: nam neque quae condicio inter Babrium et Branchum intercesserit neque qua aetate puer fuerit neque id ipsum utrum βασιλεύς ille re vera rex fuerit satis certo scimus. Gutschmidius autem (‚Z. d. d. morg. Ges. XV, 28. J. f. Ph. u. P. 87, 323') Babrium ideo plane et de nomine regio pueri — nam Branchum regem factum Branchi nomine deposito Antiochi accepisse putat — et de regno tacuisse (‚er gieng allen Anspielungen auf das Königthum aus dem Weg') quia Tryphon tum iam imperio toto potitus sit contendit: sed

cur eum allocutus est παῖ βασιλέως Ἀλεξάνδρου? Nescio vero annon omnia ea somnia eo superentur quod K. Babrium cum Ap. Rh. familiaritatem contraxisse ne tempora quidem curans sibi finxit (397). Sed omissis nugis quae probabilia videantur esse sequamur. Qui Babrio ante Iulian. usi sint inveniuntur Avianus et Dositheus Magister: non sunt usi Phaedrus Plut. Lucian. Ath.: qui ubi fabulas intexunt alios sequuntur auctores. Avianus quum B. ante Phaedr. nominaverit (L. pr. XVI), inde K. sequi opinatur ut B. Phaedro antiquior fuerit. Sed ad summum efficitur ut id Aviano quem K. ipse litterarum Graecarum parum peritum esse iudicat visum esse statuamus: neque id certo efficitur, nam Av. rationem rhetoricam sequi manifestum est. Iam Meleager et Antip. Sidon. Babrianos locos expresserunt, si K. credis 401 n. Quasi veteres oculos non habuissent ut quae fierent non vidissent nisi alter alteri digito monstravisset. Ineptiarum vero cumulum K. hunc addidit ut Antip. 63 e Babr. 118 et Mel. 90, 7. 8. e f. pros. H. 234. F. 259 manavisse contenderit; at utrumque epigr. a fab. et tota sententia et verbis differt quam maxime. Vixit ergo B. ante a. 200 p. Chr. et verisimile est eum certe non diu ante Phaed. Plut. Luc. tempora floruisse; dubitari vix posse quin vel in Syria vel in confinibus regionibus degerit a multis observatum et comprobatum est. Sermonis usus ostendit eum in magnam illam periodum referendum esse quae ab ineunte saec. tertio a. Chr. n. ad medium fere saec. alterum p. Chr. n. pertinet. Singula communia habet multa cum Alexandrinis, in universa arte pauca: nam nonnullis locis exceptis simplex perspicuus lepidus elegans ab ambagibus verborum et recondita doctrina remotus est. Alexandrinorum artificia hi fere loci referunt: καλλίπαις ἄμητος 11, 7 ὀρῶν ἀβοσκήτων ἀνέμβατον δρυμῶνα ποσσὶν ἠρεύνων 45, 11 (sim. Theocr.) 19, 4. 36, 3. 50, 14. 92, 2. 94, 6. 77, 5. 89, 9. 93, 7. 103, 6. 118; 5. 124, 9. 126, 9. pr. 2, 7. Huc etiam referam 95, 35 ψυχαὶ δ' ἐν ὀφθαλμοῖσι τῶν τελευτώντων i. e. iis quae vident solis moventur, ut absentia plane non curent (Ihre geistige Thätigkeit sitzt in den Augen). 68, 5 χρυσέην κυκλώσας τόξοιο νευρήν: (totus arcus κυκλοῦται, non nervus). Simillimus est B. comicis tota ratione, non tam similis in singulis rebus. Utrumque non tam poëseos generi cuius auctor est habendus quam poëtae consilio tribuendum est. Fab. hexam. conscr. etsi non γρίφοις ὅμοιαι tamen ab Alexandrinorum ratione multo propius absunt. Vincula Alexandrinae artis laxavit comicorum elegantia consilio. Multa eum ex usu vulgari desumsisse magna quae inter eum et Polyb., V. T. interpr., N. T. script., Apollod., Diod. alios intercedit similitudo probat. Simillimus autem est quum anthol. Graecae poëtis nonnullis, tum Luciano et Alciphroni qui eadem arte effecerunt ut e stirpe sermonis Graeci vetusta atque fere decrepita novi flores provenirent. Iam verborum formae singulares (falsa interdum analogia fictae, qua in re pronuntiationem multum valuisse notandum est), temporum verbi abusus, praepositiones liberiori modo adhibitae argumento sunt Babrium ab Alexandrinorum recentiorisque comoediae aetate removendum et in seriorem periodi partem referendum esse. Quod confirmatur prosodia vetere saepe immutata metroque prorsus singulari ratione tractato. Nam summa arte effecit ut non artis vincula sed naturae libertatem te cernere rearis. Scazontem igitur reddidit mobilem ut iambum comicorum; si quid duri erat, diligenter perpolivit; ultimam versus syllabam fere semper produxit, quinti pedis syll. priorem corripuit, in penultima versus sede posuit accentum semper. Qua egregia arte semel monstrata alii poëtae quin secuti essent si cognovissent dubium esse non potest. Accentus autem illa lex maiorem accentus vim fuisse docet. Quae denuo nos eo deducunt ut in seriorem periodi partem B. referendum esse statuamus. Tota enim arte Callim. ceterique a B. differunt. Nonnulli priorum, quin immo ipse Hippon. (v. fr. 36. 1. 14. 44. 38. 41. 15. 49. Bgk.), deinde Ap. Rh. Herodas Aeschrio saepe in penultima v. s. accentum posuerunt, nemo tamen constanter persecutus usum fecit legem. Iam audi Km 406 „unter keinen Umständen darf man diese Eigenthümlichkeit des

Babr. mit den polit. Versen zusammenwerfen, wo ja nur auf den Accent und nicht auf die Quantität Rücksicht genommen wird'. Quasi quisquam hoc fecisset! quales autem sint v. v. polit. vix fando videtur didicisse: sed novimus iam aliunde Km metricum. Similem autem accentus non legem sed tamen observantiam est videre apud Musaeum et Coluthum. Huius enim e vv. 392 in penultima habent acc. 314, quorum sunt 243 paroxyt., in antepenult. 20, in ultima 58, Musaei*) autem e 341 duo acc. in antepenult. in eodem voc. Κυθέρεια habent (38. 146), 88 in ultima, 251 in penultima (Longius etiam progressus est Agathias ep. 1; 46—133 Nieb.). Quod epimythiorum scriptores miserrimi hanc legem non observaverint id nemini praeter Hertzb. mirum videbitur. Habemus igitur in Babrio vestigia efficientiae cuiusdam accentus quae latius manans peperit primum iamborum dodecasyllaborum quantitatis quasdam leges observantium genera tria, deinde et versus dodecasyllabos quorum magna pars adhuc in fab. pedestri oratione conscriptis latet et tetrametros quibus solis proprie tribuendum esse nomen politicorum v. v. constat. Quibus omnibus id est commune ut penult. v. syllaba habeat semper accentum. Itaque quum Latinos quosdam poëtas, praesertim Martialem simillima ratione in choliambis conficiendis uti Lachm. egregie observasset — quaedam Fr. Dübner praeceperat — optimo iure sub Martialis fere aetatem Babrium vixisse conclusit. Utrique primi quaedam vitaverunt antea usitata, quaedam admiserunt antea non usurpata: non igitur officit quod in rebus nonnullis etiam interse differunt. Sextum autem pedem ne in censum quidem venire posse in rerum natura positum est. Errat ergo Hertzb. 164 quem K. exscripsit. Atque Martialis aetati et morum religionisque condicio qualis in B. fabulis conspicitur et sermonis usus magnopere favent. Nam quae K. 397 obicit, ex Lachm. sententia B. eodem tempore et loco quo nonnulli N. T. scriptores viventem sermone multo minus a regula abhorrente usum esse, nihil probant nisi Km neque N. T. neque V. T. libros graece legisse. Nam et summa inter utramque collectionem plus trium saeculorum spatio diremtorum intercedit sermonis similitudo, et illi scriptores plebeio hic terso atque comto dicendi genere usi sunt, ut potius mirandum sit, praesertim quum diversissima sequerentur, in tot tamque variis rebus utrosque prorsus concinere. At si quis cum K. e sermonis usu solo se conficere posse opinatur Babrium non saeculo p. Chr. n. primo sed altero a. Chr. n. medio vixisse, is profecto scriptores eius aevi non cognovit. Iocularis autem est Km tam acutum atque illorum temporum sermonis peritissimum hominem quum epimythia quaedam aperte subditicia, velut 12 p. 391, tum Minae fabulas 1800 annis post confictas pro mere Babrianis habere. — Accedit quod tum demum si B. sub finem saec. p. Chr. n. primi vixisse statuimus intellegitur cur non prioribus pluribusque scriptoribus notus fuerit. Talis enim tamque egregius scriptor diu latere non potuit, minime autem eos qui e confiniis erant oriundi vel idem consilium sequebantur. Non ante Phaedrum eum scripsisse mihi certissimum videtur esse. Avianum autem non ante med. saec. alterum p. Chr. n. vixisse Lachm. ostendit, Luc. Müller de re m. 55 in serius etiam tempus referendum esse censet. — Babrii fabulae multum lectae et haud dubie in scholis explicatae mox varias mutationes recensionesque perpessae sunt: quarum alia servata est in cod. Ath., alius vestigia in ipso cod., alius ap. Suid., aliarum in fab. ped. apparent. Quarum quin nulla non interdum Babrium melius quam ceterae retulerit, non magis mihi dubium esse videtur quam quin nulla tamquam ab ipso Babrio profecta demonstrari possit. In universum quam Suidas habuit rec. Athoana melior est. In hac autem geminae

*) Musaei nomen in memoriam revocat locum vitae Frischlini a D. F. Straussio elegantissime, ut solet conscriptae: Crusius enim in Frischlini casum v. non finxit totum sed v. Musaei in usum suum convertit 339 ῥοιζηδὸν προκάρηνος ἀπ' ἠλιβάτου πέσε πύργου. V. 326 ποδῶν δέ οἱ ὤκλασεν ὁρμὴ καὶ σθένος ἦν ἀδόνητον ἀκοιμήτων παλαμάων, v. ἀδόν. contrarium eius est quod sententia requirit: itaque ἀνόνητον restituendum esse censeo.

Babrii fabulae leguntur haud raro in brevius contractae interpositis v. v. vel ex altera rec. desumtis vel recens fictis dilatatae, saepe etiam commutatae, nonnumquam ita ut f. Babriana amplius dici non possit. Neque ordo fab. qui sequitur litterarum ordinem ab ipso poëta profectus est sed tribuendus ut epimythia diasceuastis. Nonnumquam etiam ubi epim. ab ipso poëta addita esse possunt videri, totius fab. sententiam male exprimunt, 6. 16, praecipue autem 33 cuius v. 21—25 spurios esse iudico. De f. 12. 40. 52. 53. 61. 70. 116. 123 infra dicetur; labem gravissimam quoque pr. 1 contraxit. Simillima ergo condicio est Theophrasti characteribus. Etenim Theophrastea saepe sunt contracta, aliter collocata, additae sunt exhortationes, praemissa praefatio, omnia denique capita in unum corpus coacta sunt plerumque c. δέ, semel c. καί 14 p. 137, 2 quae multas turbas dedit; Petersenus de ea tacet*). — Iam vero Babrio duae addantur fabulae. Ut enim singulare huic commentationi decus accederet, Mauricius Hauptius duas fab. choliamb. e f. ped. a se erutas data venia ut ederem benigne mecum communicavit. Cuius viri eximiae benevolentiae etiam debeo quas suo exemplo adscripserat et suas quasdam et Seidleri emendationes ineditas.

f. 179 C. (372. b. H.) ποιμὴν σκύλακά τις ἔτρεφ' ἐκ κενεβρείων
καὶ δή ποτ' ἐγγὺς ἀμνάδος νοσησάσης
ἰδὼν κατηφῆ καὶ δοκοῦντα δακρύειν
‚καλῶς σὺ συμπαθεῖς' ἔφη καταψήχων
‚ὃ θέλεις δὲ μὴ γένοιτο μηδὲ συμβαίη'.

Suid. καταψήσας, τῇ χειρὶ ὁμαλίσας. καταψήχω, τρίβω καὶ ὁμαλίζω.

f. 283 C. (410. H.) φαλακρὸς αὐτῷ περιτιθεὶς τρίχας ξείνας
ἵππευεν. ἄνεμος δ' ὡς ἀφεῖλε φυσήσας
πλατύς θ' ἅπαντας εἶχε τοὺς παρεστῶτας
γέλως, ἐκεῖνος εἶπε τοῦ δρόμου παύσας
‚τὰς οὐκ ἐμάς με φυγγάνειν τί δὴ ξεῖνον
αἳ τοῦτον ἔλιπον οὔ ποτ' ἐγγενεῖς ἦσαν.' — v. Schn. p. XVIII.

Transeamus ad res metricas quasdam tractandas. Anapaesto quem choliamborum poëtae ceteri excluserunt (Mein. p. 89) Babrium in primo pede usum esse, in ceteris abstinuisse Lachm. observavit p. XII. Excepta sunt quae alia ratione in versum admitti non possunt artium voc.: κορυδαλλός, quod 72, 20 in tertio, 88, 8. 17 in quarto ut σίσυρα 18, 3. 13 (Ar. Vesp. 738) anap. efficit. Nam B. neque l. α in v. κορυδαλλός corripuisse neque υ in κορυδός 8 produxisse censendus est: quominus autem εἶπε κορυδαλλός scribatur, Lachm. observatio p. XIV prohibet. 21, 5 corr. L. 91, 4 em. Seidler, Baiter, Schneidew. ἐμβὰς τοῖς κέρασιν. 82, 3 ἔκθορε Suidae est error. 123, 2 non esse Babrii videbimus. 59, 9 autem τῶν ὀμμάτων τὰ κέρατα emendandum est deleto art.; 95, 43 ἐπεκρότησεν huc referri non magis potest quam v. 32. 131, 13 [82, 9.]. pr. 1, 10 dudum corr. Anap. in sec. pede hisce reperiebatur locis. 3, 2 em. L., si versus Babrii est. 3, 5 κατέαξε: L. κατῆξε et sic Gabr. ap. Miller. p. 20 nr. 9. ea forma in fab. pros. nonnumquam legitur. 10, 12 τούτῳ κεχόλωμαι: quod quo modo e Meinekii χολοῦμαι corruptum sit, non facile

*) Qua occasione data Theophr. quorundam locorum emendationes propono. Quod Pet. ed. non Fossii utar, quamvis illa imperitiae in rebus grammaticis plane singularia praebeat documenta, is non mirabitur qui Fossianam cognoverit ne a diligentia quidem laudandam esse. 2. p. 123, 21. καὶ ἐπαινέσαι ἀκούοντος sententiarum nexum interrumpit; quasi hoc non semper faceret adulator; corrigo αὐλοῦντος: dictum est σοφῶς ut Babr. 9, 1; 4, 126, 12 οὗτος, φύλαττε: vulgo φυλάττει. 126, 14 restitue γάρ pro μέν; vitium vulgatissimum. 7, 130, 13. πυθόμενος τὰ κ. τῆς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν (pro τὰ). 130, 6. ἀπογυμνώσῃ: corrige ἀποτρυχώσῃ. 19, 143, 7 pro v. τί οὐ ταχὺ παύσαιτο scr. τί οὕτω ταχὺ π. 21, 145, 14 τὰ ἱερὰ ἄξια: em. αἴσια. 23, 147, 18 πλεῖον ἢ πέντε τάλαντα (pro πλείους). cf. Sauppii ep. cr. 12 sq. 25, 150, 12. ὕπνου λαχεῖν praecepit Cobet. codd. λαβεῖν. 28, 154, 20—22 pertinet ad c. 27. ὀψιμαθίας.

mutatione non egemus. (Recte autem v. 7 τοσοῦτον scribi iubet, quod iam I. G. Schneider aliique invenerant). Illa ci. etiam eo displicet, quod μῆτερ ultimam tenet v. sedem: quod si in libris esset vel necessario emendatio requireretur minime dubitarem servare: sed ci. violenta neque necessaria quaeque aliis quoque de caussis magnopere offendit inferre non licet. Raro enim Babrius v. v. concludit trochaeo, quorum pauciores in voc. quae praecipue est α exeunt. γραῖα 22, 7. 11. 127, 3. πηδῶσα et sim. 19, 6. (inc.) 22, 12. 116, 2. 130, 7, πατρῷα 138, 1. (inc.) ἀχρεῖα 31, 13 corruptum est: ἀκραίοις Db.; egregie Seidl. Ἀτρείδαις ἰσοῦντο. ταῦτα 115, 4. τοιαῦτα 130, 1 ci. τοῖα 130, 10 fort. ἔφη θ' οὕτως. πνεῦμα 114, 6 correximus. σωτῆρα 50, 3 aliaque aperta vitia dudum correcta sunt. θῆρα 107, 3. διωκτῆρα 130, 14. παῖδα 116, 3. ἄρνα 23, 4. ζῶντα 107, 9. ἀγερθέντα 123, 3 incertum. 139, 1 ἐγεννᾶτε non satis certum. μὴ σπεῦδε 1, 5 ex usu B. scr. erit σπεύσῃς, quod Fixius quoque invenerat: praecessit enim μεῖνον, sequuntur aor. v. 6. 7. 6, 9. ἄφες μὴ ἀποκτείνῃς. 12, 20. 21. 50, 5. 3, 8. 7, 7. 10, 11. 72, 18. 92, 9. 10, 96, 4. [43, 18]; neque tamen μή c. imp. non dixit: ἐλθὲ μηδ' ἐπτόησο 95, 82. 98, 11. 28, 8, 34, 10. 36, 9, 48, 8. 71, 6. 75, 2. 78, 2. 92, 9. 106, 30. 116, 11. μὴ c. inf. 109, 1. 2. ἐπειρᾶτο 106, 4. fort. ἐπειράθην ut 57, 12 quod Hertzb. quoque et Levisius conjecerant. In conson. desinunt: ζῷον 59, 3 (facile esset corrigere ζώων) κέντρον 136, 6. φόρτον 7, 2. 57, 9. ταῦρον 23, 6. σκύμνον 134, 1. οἶμον 116, 10. κρημνόν 141, 1 Babrii non esse accentus argumento est. ἀρουραῖον 108, 5. γεννικῖον 135, 1. Μελιταῖον vel ὡραῖον 131, 1. ἀλλοῖον 76, 8. περισκαῖρον 131, 3. παῖζον 131, 2 hinc sublatum est. βαῖνον 106, 27 corr. est. χεῖρον pr. 1, 5; κρεῖττον 42, 7. Iniuria discesserunt a codice 72, 14. μᾶλλον 112, 9. ἦγον 24, 3. εἶδον 131, 19. ψαῦσον 106, 21. μήνυσον 12, 17 corruptum est. μοῖραν 106, 16. πᾶσαν 10, 7. 29, 2. σιγῶσαν 106, 17. ἀποσχοῦσαν 19 quod in A legitur retinendum, sed v. 19 ante 18 collocandum esse censeo: ut p. τε v. σιγῶσαν et ἀποσχοῦσαν conjungat. Sic verborum structura longe melior existit. πίστιν 100, 4. ἱππεῦσιν 76, 10 em. est. V. λῆψιν 123, 4 Babrii non esse postea ostendemus. πρόσθεν 31, 20. εἶχεν 139, 2. Neque ἦλθεν 131, 5 neque ἤλεγχεν 125, 4 Babrii sunt: Schneidew. ci. ἐληλέγχει, quae forma nescio an alibi inveniatur. Scr. esse puto ἠλοία v. 26, 8. 98, 15. 122, 13. ᾖσας 137, 8. ὥσπερ 57, 8. τοίνυν 33, 12. 47, 8. 99, 8. ἥτις 95, 101. 102, 11. πρῶτος 67, 5. 68, 6, ἄλλος 106, 26. ἐκεῖνος 116, 13. δύστηνος 76, 9 et Λιβυστῖνος pr. 2, 5 et φέγγος 114, 3 corr. sunt. ψεῦδος 127, 6. 7. βουβῶνος 135, 3. Dat. pron. ἡμῖν 90, 4. 98, 7. 113, 4 (cl. ἧμιν pr. 1, 15) ut et ἥμων, ἥμας, ὕμων, ὕμας in extremo v. scr. esse puto. Epim. v. v. hi in syll. breves exeunt 4, 8. ἐκφυγόντα κίνδυνον: Ahr. κινδύνων. 10, 14. 22, 13. 29, 5. 47, 16. 50, 20. 52, 8. 64, 11. 65, 8. 71, 12. 81, 5. 84, 8. 85, 20. 107, 18. 116, 16. De v. v. qui accentum non habent in penultima corrigendis disserere nunc non est in animo quia ab Ahrente, Schneidewino, Fixio aliis satis factum est. Apud Schn. praeter acc. pron. corrige ὑπεργήρως cl. Göttling. Acc. 288 et Lob. ap. Hertzb. p. 174; quidni ionicam formam esse putemus? 116, 12 εἰς δόμους εὕδειν, L. ἐλθεῖν: quamquam in promtu est c. Schneidew. corr. ἥκειν, nescio an defendi possit: id scio si quis σπεύδειν coniciat scr. esse, eum falli, nam ut recte dicitur ‚persuade puero ut in aedes veniat', ita non recte ‚ut in aedes festinet'. Ceterum alia quoque sunt quae in f. 116 offendant. Hiatum non admisit nisi 87, 5. 137, 5 τί οὖν. Alia enim est ratio l. l. ὦμνυ' 50, 6. ἐδείκνυ' οὔ 50, 10 quibus accedit 12, 5 et a Seidlero et Bergkio emendatus 1, 8 τί σοι ποιητέ' ἐστίν: A ποιητόν. Quae K. p. 393 dicit ‚an Polyb. mahnt schon die constante Vermeidung des Hiatus' nimis inepta sunt. Ut enim aperta omittam, nonne etiam Plut. hiatum anxie vitabat? Quae praeterea de elisione, crasi, ictu, interpunctione observavi in praesens ut praetermittam cogor. Sed de rationibus prosodiacis quaedam exponamus. Aperta vitia dudum correcta velut αὐτόθι et ἑάλωσαν 31, 20 omisi. Ἀεί prima producta, non αἰεί, cod. testimonio constanti firmatur 31, 2

[35, 8]. 39, 1. 61, 7. 63, 4. 112, 9 v. Ellendt L. Soph. Pors. Hec. pr. 9 ad 1164 cl. Matth. l. Eur. 36. Piers. Moer. 231. Schf. Greg. Cor. 346 sq. Iac. Ind. com. 142. 146. 1197. Dobr. adv. 2, 56. Spitzner gr. Pros. 103 (Arat. αἰεί 16, αἰέν ter, ἀεί v. 14. etiam ap. Ap. Rh. crebrior est f. αἰεί. Etiam 44, 1 Minas αἰεί substituit f. ἀεί, quae est in cod. ἄρα priore prod. ut melius scribatur ἆρα legitur 72, 19 ut Arat. 268. Dobr. adv. 2, 196. ἄν productum, non ἤν, Babr. semper 6, 17. 7, 5 (cl. 21, 8) 41, 4. 47, 10. 71, 9. 84, 6. 121, 4. 129, 10 [38, 9] ἐπήν 6, 10. ἀείδω pr. 2, 16 et ἀμάω 88, 7, 19. ἀμητήρ 88, 15 cl. 11, 7 α producunt. Lachm. ἐξαρῶ correpta media corrigendo intulit 75, 6: sed quam litteram nonnunquam ab Atticis produci dicunt (v. Kr. Spr. p. 159. Mein. del. p. 179. Pors. Med. 848. Elmsl. 825. Heracl. 323. L. Soph. 1, 43) ego ut unquam nisi vitio correptum esse putem non adducor. Neque jure pf. ι subscribunt 32, 6. 56, 4 sp. ἰατρός corripit ι 75, 11. 15. ἰατρεύειν 120, 6. 122, 15. ἰατρεία 94, 7 in thesi, sed in arsi ἰήση producit 120, 7 cf. Pors. pr. Hec. et Sp. 92. 106. V. καταγείσης med. α produci videtur 47, 9. 119, 5. κατᾶξαι 47, 7 ut Eur. Hik. 509. Sed Babrium tam turpiter lapsum esse non credo: etenim part. augmentum duplex omittit. Recte igitur Seidl. et Heckerum comm. de Anth. 1, 335 correxisse puto κατηγυίης, ut docuit Cobet.; v. Müller ad Ar. Ach. 944 cl. tamen Ribb. J. J. 87 p. 761. In κατάξαι producitur media positione. καλός α semper corripit. φᾶρος 132, 2. Sp. 89. Ell. L. S. 2, 894. Knoch. 172. Iac. A. P. 3, 281 sq. 4, 1056. ἶσος 15, 11 παρισούμην 131, 25 in arsi producunt ι, in thesi corripiunt ἴσος 35, 2. 67, 7. 106, 16. ἐξισουμένην 41, 2. Pors. pr. Hec. 9. Orest. 9. Sp. 106. Cobet. V. l. 392. 396 sq. Mein. Callim. p. 151. Passov. Musae. p. 177 sq. Theocr. 8, 19. Kn. 118. Schf. Grg. 302. Arat. producit ἶσος ἰσοῦσθαι (quod corr. Tymn. 2, 2), corripit ἰσαίεσθαι. Ἴδιος ι corripit 10, 2. 66, 6 qui v. e Seidleri et Levisii ci. scr. ἰδίων δὲ τὴν ὄπισθεν, ἥτις ἦν μείζων; producit ι 45, 8 si verum est quod in A legitur τὰς δὲ ἰδίους, p. δέ γ' quas G. Herm. Bk. Sauppius restituebant, hic nullus est locus; ἐνδίους autem Hertzb. ci. et paraphrasi et sententia refellitur. Opus enim est ut disertis verbis dicatur caprarium neglexisse capras suas. Prosodia minus obesset. λίαν semper efficit spondeum, pyrrh. tantum in epim. 29, 5 (Pors. Hec. pr. 9 extr. Elmsl. Med. 899. cl. Iac. A. P. 3 p. 81) Cod. fluctuat inter λίαν 95, 77 (Ddf. 333) 21, 4. 99, 1 et λίην 36, 6. 116, 4. 106, 8 (Arat. prod. 172, corr. 277. 1086) πρίν corr. ι ter. τίνω prod. ι ex usu epicorum 27, 3 corripit in epim. 34, 13. Sp. 58. Iac. A. P. 4, 823. cl. L. Soph. νίφειν prod. 45, 1. Sp. 94. Iac. A. P. 3, 67. Cobet. V. l. 86. 361. Νίνος corripit ι pr. 2, 3. Naek. Choer. 228. Iac. A. P. 4, 841. 915. χιών 45, 3 prod. Sp. 77. ὕδωρ prod. υ in arsi 25, 2. 72, 6 corr. in arsi 27, 2, in thesi 36, 5. 43, 2. Sp. 110 ut Ap. Rh. Arat. (v. modo 216. 218). Nicand. al. Quamquam 72, 6 καὶ θερινόν certo corruptum est, Sauppii ci. autem ἧς καθάριον neque a sensu neque a facilitate commendatur et Lachm. observatione XIV refellitur. v. 4 acute Spp. ci. καὶ πάντ' ἀέθλων ἔσχεν ἵμερον (puto -ος ut ci. Db.) τοίων. ὕνις corr. υ 37, 2 ut in Anth.: Iac. A. P. 254. 147. χρυσοῦς χρυσίον κατάχρυσος semper υ prod. pr. 1, 2. 6. pr. 2, 7. 65, 2. 68, 5. 10, 3. 65, 5. 123, 1. Mein. Call. 304. Sp. 111; δρυμός prod. penult. 95, 6 ut Ap. Rh. et Nic. Ther. 28. 489 δρυμούς qui 222 ex usu Hom. dixit correpta l. υ (v. Passov. Long. pr. 75) δρυτόμος corr. 38, 1. 50, 3. 92, 3. Sp. 97. δρυμός Ahrens Bgk. alii restituebant 1, 3 ἦν δὲ τῶν ζῴων φυγῆς τε πάντων καὶ φόβου δρυμὸς πλήρης: A δρόμος. At nisi gravissimis de caussis non licet Babrio voc. alia mensura atque quam ipse alio loco expressit enuntiatum obtrudere; sin vero υ prod. putares, spondeus in quinta v. sede efficeretur. Displicet praeterea duplex genet., v. φυγή et φόβος p. τέ–καί coniuncta, v. πάντων male collocatum. Longe elegantior fit oratio Boissonadii em. non violentiore ἦν δὲ τῶν ζῴων φυγή τε πάντων καὶ φόβου δρόμος πλήρης. πλήρης dictum est ut 11, 7. 31, 2. 95, 67; de p. τέ–καί v. 20, 5. 98, 6. παρθένων τε καὶ παίδων 106, 19. 27, 4. 57, 2. 13. μύελος corr. υ 95, 91 ut Nic. Ther. 101 (prod. Al. 59) Theocr. 28, 18. Iac. A. P.

17, 14, 3 p. 899 add. p. 94. Ellendt. L. S. 2, 142. Knoch. 175. καρκίνος ι corripit 39, 2. 109, 1. Sp. 79. Ὠρίων producit ι 124, 16. Sp. 77. Knoch. p. 125. De v. ὀρίτροφος media correpta 106, 3, ταώς prod. α 143, 1. 65, 1, κορυδαλλός infra dicetur. ἀχαιίνη prod. ι 95, 87 ἥι ἀλλύειν 146. Sp. 105. Μελιταῖον prod. ι 131, 1 si verum est quod L. e f. pros. assumsit ut Lycophr. 1027. Sp. 79 m. Lob. Path. prol. 397 (cf. Ast. Theophr. ch. 21 p. 179 Bergler Alciphr. 3, 22, 3 p. 331 Seil. Tymnes 7 (VII, 211). Callim. fr. 393 Blf.). ὁρμιά 6, 3. ἀνία 122, 11 (Pors. Ph. 1334. Kn. 171) correpta media. καλιά producta 118, 2 (correpta Ps. Phok. 84. Theocr. 29, 12). Iac. A. P. 4. 868. Sp. 80. Ex Lachm. ci. ἀληθίην corripit ι 127, 2; quod non magis credo fieri posse quam ἐρημίαν v. 1 pronuntiari producta ι cf. Mein. p. 104 m. Δέδιθι 75, 2 prod. media a mutatione ceteroquin facillima μήτι δ. (ut corripiatur velut ap. Arat. 430) defenditur Nic. Al. 443, ubi O. Schn. p. 300 δείδιχθι et Nic. et Babrio restituendum esse censet; Sp. 63. cf. etiam Cobet. V. l. 393 (qui non vidit v. v. ap. Schol. Luc. 60 politicos esse). κέρας in formis quae a stirpe κερατ derivantur α producit semper et apud alios et apud Babrium: κέρατα 21, 4. 37, 8. 43, 12. 15. κέρασι 91, 4. 112, 3. Supra correximus cum aliis 59, 9. 43, 5. Quod legitur 84, 1 κέρατι καμπύλῳ Seidlerus emendavit καμπύλῳ κέρᾳ. Dobraei adv. 1, 559 κρατί non probari potest, quia non caput est curvum sed cornu. Homerus non habet nisi breviores formas, quem sequuntur Ap. Rh. Bucol. Arat., qui tamen 174 κεράατος prod. α ut Nic. Ther. κεράατα 291. Buttm. Lexil. 1, 229. Mein. ad Call. Ap. 91 p. 18. Theocr. p. 378. Sp. 47. Stark Anacr. 88. Mehlh. Anacr. p. 102. Anth. l. p. 87. Ellendt L. S. 1, 950. Elmsl. Bacch. 919 (921). Buttm. 1, 196. φρέατος mediam ex usu Atticorum producit 49, 2. Buttm. Lexil. I, 229. Sp. 30. 111. ὑβρίς prod. ι affabulatori non eripiendum esse censeo 70, 7 praesertim quum similia haud pauca a Sp. 38 afferantur (Wern. Tryph. p. 398). In pr. et impf. υ producunt semper θύειν (8) λύειν (bis); (corruptus est v. 42, 8), ξύειν 6, 1 (ut Arat. 650. Wern. Tryph. p. 408). φύειν 64, 4. 95, 22. pr. 1, 12 (Ell. L. Soph. 2, 936) ut Nic. et Dion. Per. Sp. 64. ἰσχύω mediam producit 77, 6. 47, 12. 76, 14. 95, 7. 112, 10 corripit in v. dubio 19, 6 a Suida allato et epim. 96, 6, producunt κωλύειν 100, 2. 103, 18. 130, 13. [82, 10] Knoch. 90, μηνύειν 88, 9 [38, 8. 96, 5]. Sp. 66. Graefe Mel. p. 95, corripiunt ex regula μεθύειν δεικνύειν ὀμνύειν (cl. 95, 83), corripit item κλύειν 127, 8. Knoch. 102. Sp. 66. — Voc. οι v. ποιεῖν corripuit B. ut Attici ποιητέα 1, 8. προςποιητά 103, 5. 106, 17. προςποιηθείς 97, 2. Neque tamen corripi posse censeo γρύξαι 95, 63. μεθεῖναι 100, 4. de qua re Passov. Musae p. 180, 177 sq. Wern. Tryph. p. 365 aliique multi dixerunt. Quo Babrii esse non defenditur v. λιμναίους correpta media 24, 3. Etenim ut hoc vel Atticos sibi sumsisse concedam, Sp. 7. Mein. Scymn. p. 57. Mehlh. Anacr. p. 30 sq. Herm. Soph. O. C. 515. Ant. 1294. Mein. C. Gr. 3, 580. Passov. Musae. p. 177 sq. 180. Herm. Orph. 822. Iac. A. P. 3 p. 45. 263. 361. 4, 518. 957. Knoch. 67. 116. Ar. eq. 139. vesp. 40. 165. Ar. Plut. 850. Eur. El. 497. Hippol. 169. Herc. f. 444. Suppl. 42 ib. Markl. p. 57 f. Graef. Mel. pr. 20, Babrium qua de caussa non credam infra exponam. Epimythiorum tamen scriptoribus sua relinquenda sunt 72, 23. 13, 13. 137, 9. ρ non duplicatur αὐτόριζον 36, 1. ἐξεριζώθη (sic A ap. Ddf. 328) ἐραθύμει 116, 14. ἐξέριψε 42, 5. cf. 43, 8; contra v. 38, 7. 41, 1. 50, 16. 119, 5. καταρρῖψαι (malim –πτειν) e f. 324b H. Schneidew. pr. XVI. 10, 1. 50, 18. 75, 1. 95, 74. 103, 7. v. Mehlh. Gr. p. 72. Ellendt. L. S. ἀμφίρυτος χρυσόρυτος. Herm. O. C. 1603. Bast. Greg. C. 788. Winer N. T. Gr. 69. Iac. A. P. 3 p. 78 extr. 4, 498. 823. cl. 77. Böckh. Pind. Isthm. 1, 8. n. cr. 559. Passov. üb. gr. W. 103. Sturz. dial. Mac. 100. Sic plerumque scr. in cod. Sinait. et Moer. Coisl. Miller Aes. p. 19, 11. σ duplicatur ποσσί 19, 4. 45, 11. τόσση 36, 8. πόσσον 124, 14. μέσσον 131, 13. ποσσότητα 28, 10 (ex Ahrentis ci.). εἰρύσσας 122, 7. χωρίσσης 12, 21. κύσσων 131, 17. ἔ(σ)κυσσε 95, 12. cf. pr. 1 extr. fortasse etiam εἰς μέσσον ἀγάγῃ τοῖς

τε πᾶσι μοιράσῃ ap. H. 281. Si voc. incipit a l. l. γρ κρ χρ βρ πρ φρ δρ τρ θρ βλ πλ κλ χλ brevis vocalis voc. quod antecedit nonnunquam corripitur, longe saepius ut ante cet. l. l. coni. (in arsi) producitur (cf. Herm. Orph. 755 sqq.). Dobr. adv. 2 passim. Graef. Mel. XVI sq. In arsi soluta rarissime corripitur: in tertia syllaba κερδὼ δὲ χεῖρας ἐπεκρότησε 95, 43 (cf. 119, 4). τῶν ὀριτρόφων 106, 3. λέων νεοδρόμῳ 106, 15. ἐγὼ δὲ περιτρέχουσα 130, 13. ci. cf. 131, 8. 13. 51, 3. 75, 7 [60, 6. 82, 11], in secunda ἀκούεις ἔπρεπε 95, 32. ὁ τῷ χαραδριῷ 88, 2. τις ἔτρεφε 131, 1 e I. G. Schneideri ci., quae magnopere offendit. Quorum maior pars dubitationi obnoxia est. Credo autem in medio voc. ante easdem quas dixi litteras in thesi vocalem corripi posse, non ante alias. Itaque non offendor v. 89, 4 ἐβλασφήμεις, ἐπεκρότησε 95, 43 neque per se ἔπρεπε 95, 32. ἔτρεφε 131, 1 suspecta essent. τέτριπται 99, 6, κέκραγε 3, 11. [135, 6]. περιτρέχουσα 130, 13. [60, 6. 82, 11]. οἰκότριψ 107, 2. νεοδρόμῳ 106, 15. v. ὀριτρόφων 106, 3. etiam propter l. ι natura ut aiunt longam a suspicione non liberum est. χαραδριῷ 88, 2. n. pr. aliquam excusationem habet; sed art. τόν deleto versus optime constaret. χύτρα 60, 1 in thesi. πατρῴη 81, 2 in th. corr., in arsi prod. Neque ἦλθεν ἄμετρα 131, 13 correptum in thesi offenderet, quum in arsi producatur: sed et in arsi soluta legitur et medicina praesertim in carmine e fab. pedestri reficto parata est facillima ἦλθ' ἄμετρα. Eadem adhibenda 51, 3 ἔκειρ' ἀτέχνως pro ἔκειρεν. ἀτεχνής autem 75, 4 gravibus de caussis suspectum esse demonstrabitur (v. Iac. A. P. 4 p. 872). De 114, 6 λύχνου πνεῦμα et ἔθνη 70, 6 iam diximus. λίχνος affabulatori relinquendum 60, 5. ὑπέκλεψε 2, 3 Schneidewini est, non Babrii. Ἡρακλῆς media correpta 15, 9. 14. 20, 4. 77, 4, quod alia ratione in v. collocari non potuit. μακρός in arsi producitur octies, in thesi correptum 23, 1 non offendit, magis in arsi soluta τὸ μακρόν 75, 7: Ahr. fort. recte scr. τὤκρον ‚ad summum'. ἄκρων in arsi prod. in thesi corr. 107, 6. νεκρός Babr. ter prod., affabulator corr. [14, 5]. ἀκριβῶς 66, 8. ἀγροῦ 131, 7. ἀγρευθείς 4, 5. [107, 18]. ἀγρεύσας 107, 1. φηλαγρευταῖς 107, 10 in arsi prod. recte in thesi corr. cf. Mein. Theocr. 330 sq. Scymn. p. 8. Mehlh. An. p. 30. Buttm. Arat. 575 p. 26. Graef. Mel. pr. XVII. Fort. corripuit ut alii multi v. τέκνον 78, 4 (prod. 5): Sed neque φάτναισι 131, 8. neque καπνισθέν 136, 3 correpta l. α Babrio obtrudere licet. V. polysyllabi λευκανθιζούσας in extremo v. usus est singularis; similia quaedam v. ap. Iac. A. P. 3, 124. 429. Seidler v. dochm. 25. Ante ψξζ in arsi voc. brevis producitur, ante ζ in thesi corripitur: ἀντιζωγρήσας 107, 15 in polysyllabo. φησί, ζωγρήσω 53, 4. voc. diremta sunt. Quae v. 5—7 optantur re vera neque λόγοι ἀληθινοί dici possunt neque tres sed quatuor sunt. με ζητήσῃ 95, 29 voc. atonum est. 61, 10 εἶχε ζητήσει quaerendi significatio non est apta, sed requiritur quod Seidleri acumen invenit σιτήσει. Ceterum v. 8. ἕως τις αὐτοῖς εἶπεν satis mirum est. 14, 4. τοῦ δὲ ζῶντος fortasse Babrii est; sed utique praestat Lachmanni τοῦ δ' ἔτ' ὄντος. 17, 6. εἶχε ζῶντος αἰλούρου habet A (teste Ddf.): quod Hauptius transposuit ζ. εἶχεν αἰλ. Epim. [31, 24]. Voc. brevem quae ζ antecedit nonnisi seriores poëtas corripere recte Boiss. p. 182 contendit: v. Dorv. ad Man. 5, 338 in Charit. p. 769 A (670 L.). Schf. Dion. H. 289. Greg. Cor. 873. Herm. Orph. p. 761. Graef. Mel. p. 118. Stark. Anacr. p. 91. add. Iac. A. P. 4, 624. add. 53. 3, 89 sq. 249. Ea correptione Anacreonteorum scriptores, personatus ille Manetho, Oppianus haud raro usi sunt. Denique notabo, Babrium nusquam praeter 108, 23 bis in uno v. voc. ante m. c. l. corripuisse, epim. scr. 82, 9. 135, 6 bis. 14, 5 ter. Inde 95, 63 magis etiam fit suspectus. De formis flexionis quam brevissime testimoniis aliis omissis disseram: quae quare hic illic addiderim iudicem prudentem non latebit. B. dixit Ἑρμῆς ἢ ἦν εἴην εἶα. ὀστέων. λαγωός 87, 4. 102, 10. ὄν 69, 1. 87, 1. οὖς 25, 1. Callim. Arat. Sept. Pol. Anth. Plut. Luc. Alciphr. Anacr. fab. pros. v. Lob. Phr. 187. Sturz. d. M. 177. obs. meas Polyb. 23. al. κάλους 131, 12. ἅλωνα 11, 9. ἅλω 34, 2. ἅλων Nic. Ther. 166. ἅλωα Arat. Callim. fr. Lob.

aliquid afferre videbitur. ἀβόσκητα ὄρη 45, 10*). ἀγρότις 12, 16. ἀγυρμός 102, 5. ἀδόξως 65, 8 epim. subd. cl. 39, 3. ἀδρανής 25, 3. ἀθρόως 111, 18. αἴγαγρος 102, 8. αἴγιλος 3, 4. αἰθριάζειν 45, 9. αἴλουρος 17, 1. 6. 121, 2. αἱρετίζειν 61, 5 em. cl. 95, 65. ἀκταῖος 25, 6. ἀλήθω 131, 5 propter accentum ferri non potest. ἀλφιτεύς 29, 4 ci. ἀμπελών 2, 1. ἀναλγής 122, 8. ἀναξαίνειν λύπην 12, 24. ἀνασφάλλειν ἐκ νόσων 75, 9. 78, 3. ἀνέμβατος 45, 11. ἀνοικτός 59, 11. ἀντᾴδειν τινί 88, 2. ἀπλάνητος 50, 20 in epim. subdito. ἀπλοῦν 4, 5. 54, 2. ἀναπλοῦν 74, 3. ἐφαπλοῦν 95, 2. ἀπαιολῶσα τῆς ἀληθείης 95, 99. ἀπελπίζειν [43, 18. 107, 17]. ἀποθρηνέω 12, 3. 118, 8 em. ἀποκρέμαμαι 19, 2. χαμαὶ ἀποκροτέω 119, 4. ἀποτρώγειν 46, 6 τῆς πόας. ἄχνας 117, 7. ἀπώμαστος 60, 1. ἄρκος fort. 14, 1. 95, 18. ἀροτρεύω 21, 5. ἀροτριάω 55, 2. ἀσφάλαξ 108, 13 (ἀρουρίτης 108, 27). ἀσωτεύεσθαι 108, 12. ἀτευκτεῖν 123, 6 et ἀτεχνής 75, 4 non sunt Babrii. ἀχαιίνη 95, 87 (-νέη Ap. Rh. Δ, 175 ib. gloss. Guelf. et schol. Kn. 143. Et. M. 180, 31. Aristot. Opp. C. 2, 426. -ένεω Phalaec. 3, 2 (6, 165) Pass. üb. Anl. gr. Wört. 81. Bast. ep. cr. 87). βαθυγνώμων 127, 5. βαθύσκιος 92, 2. βαθύστρωτος 32, 7. βλασφήμως 96, 2. βρέγμα 33, 19. βρύχων τὸ στόμα 95, 45. βυθίζειν 117, 1. γάλλοι ἀγύρται 126, 2. γεηπόνος 108, 14. γενειήτης 124, 11 em. γομοῦν ὄνον 111, 9 cl. 7, 11. γραίη κεφαλή 95, 31. κύων 104, 5. γριπεύς 61. 2. 5. γυρεύειν καμπτῆρας 29, 4. δαμάλης iuvencus 37, 1. De v. δασύπους supra diximus 69, 1. διαβραχῆναι 111, 19. διαυγὲς ὕδωρ 72, 6. δικτυοῦν retibus capere 107, 11. δρηστὴρ λῄστης 130, 14. δροσώδης 124, 18. δρυμών 45, 11 (δυςήνεμον ψῦχος 18, 10). δυςόργητος [11, 12]. δύςφωνος 33, 4. ἐκπνείω 131, 22 em. ἐκπωτάομαι 12, 1. ἐκριζόω 36, 8. ἐκψύχειν 115, 11. ἐκτόπως 14, 1. ἐλαφρύνω 111, 6. ἕλη 18, 11 em. ἔμφασις [116, 15]. ἔναρθρος φωνή pr. 1, 7. ἐνεργεῖν 85, 5 etenim ex Hauptii em. leg. εἰ μὴ προάξει τὴν μάχην τ' ἐνεργήσει. πέτρης ἐξοχή 18, 8. ἔπαθλον 56, 1. ἐπιθρηνεῖν v. ἀποθρ. ἐπικροτῶν τοῖς πτεροῖς 5, 6. ἐπισυνάγειν 3, 2 ci. ἐπιτρύζειν de mure 112, 8. ἐπιχλευάζειν casu non addito 82, 4. ἐφαπλοῦν v. ἁπλοῦν. ἐφιππεύειν conscendere equum 76, 15. ἐρημαίας νάπας 1, 11. 91, 1. τίγρις 95, 19. ἐρημαίη fort. 127, 1 scr. εὐμούσως 9, 4. εὐπήληξ 143, 1. εὔρινος 43, 8. pro εὐσθενῶν Sauppius et ceteri rest. εὐθενῶν 12, 27. εὐστοχεῖν 3, 9. εὐφώνως 73, 2. 116, 1. εὕρεμα pr. 2, 2. ἡδυφωνία 9, 3. ἦχος 124, 10 (θύμβρα 124, 2 ut ἄκανθα 122, 7 omitto). θυμώδης 95, 18. 102, 1. θύτης 54, 1. 2. ἰατρείη sive ἰατρεῖον 94, 7. ἰχανᾶν 77, 2. καγχάζειν 99, 8. κάθυγρος 72, 12. κάρχαρον μειδήσας 94, 6. κατάχρυσος πτέρυξ 65, 5. κατιθὺς θύρης 95, 42. καταψήχω v. p. 5. κερδῴη ἀλώπηξ 77, 2. κήυξ 115, 2. κλωβός 124, 3. κνηκὸς λύκος 113, 2 cl. 122, 12. κοίλωμα 86, 1. κοποῦσθαι 112, 4. κορυδαλλός 72, 20. 88, 1. 17, 8 em. κρανέης κορύναις 131, 21. κριθιάω 62, 2. κρίμνον 108, 9. κυνηγεῖν 1, 1. 61, 1. 124, 8. κωλώτης 132, 1. λεπτύνειν φωνήν 103, 5. Λιβυστῖνος pr. 2, 5. λιμνάσιν αἰθυίαις 115, 1 restituendum 24, 3. λιμώττειν 45, 8. 137, 3. λιτὴ βῶλος 108, 31. λύγδινος 30, 1. λύκαινα 16, 8. μαγειρεύειν 122, 16. μαγειρεῖον culina 79, 1 apparatus coquendi 97, 12. μακρόθεν 3, 5. 103, 14. 104, 3. μάνδρα 113, 1. μειλίχως 106, 10 (Simonid. Amorg. 7, 18). μελισταγής pr. 1, 18. μεσιτεύειν 39, 2. μεσιτείη intercessio 93, 8. Lachmannum acutissima ci. νῶντι i. e. σωρεύοντι pr. 1, 18 quam pauci puto intellexerunt Phot. lex. 306, 18 duce scripsisse M. Hauptius me docuit. νεβρείην καρδίην 95, 93. νεόσμηκτος 97, 7. Ἑρμῆς νομαῖος 23, 4 (νοσηλεύειν 13, 8). ὄγκωμα 135, 5. ὁδεύειν 15, 2 voc. ut videtur Ionicum. οἰκοδέσποινα 10, 5. οἰκόσιτος 108, 4 mus domesticus. οἰκότριψ 107, 2, qualia voc. seriores Graeci componere solebant. ὁμώροφος 12, 14. ὄναγρος 67, 1. ἡ ὀνεία 7, 13. ὀρείφοιτος 91, 2. 95, 25. ὀρίτροφος 106, 3. ὀτλεύειν 37, 3. παλαιστρίτης θεός 48, 5 ut Callim. fr. 191. πανθοίνην δαῖτα 95, 90. πειράζειν 95, 77. πέλυξ 64, 9

*) 45, 12 γελάσας A: in quo non latere γελοῖος sed γελαστός Seidler et Baiter viderunt: quod non solum a litteris propius abest sed etiam sensu postulatur v. Cobet. V. l. 323. Babr. 80, 4. Non officit [84, 7].

dub. πεποιθήσεις [43, 19]. περισκαίρειν 131, 3. 14. πέταυρον 124, 13. πημελής 99, 1. πολύτιμος 57, 9. προπηδάω 107, 12 (προςαρτάω 104, 2). προςδέω 11, 3. προςεπιτιθέναι 7, 13. προςφάτως 30, 3. πρωινός 124. 17 cl. 28, 4. πτερύσσεσθαι 65, 6. πωμάζειν 58, 2 cf. 60, 1. ῥαβδίον 117, 9. ῥωγὰς πήρη 86, 2. σαγήνη 4, 1. 43, 8 quibus accedere puto fragmentum Babrii novum ἁλιεῖς σαγήνην εἷλκον e f. 23 H. σπαίρω 6, 13. 9, 7 cf. 13. σπῆλυγξ 91, 2. 95, 38. 103, 3. 106, 5. σπίζειν 72, 20. Babrio pro παίζειν ex Arato 1024 σπίνος ἠῷα σπίζων Bergkius restituit: Seidler voluerat τρίζων. Alterutrum verum est. τὸ στελεόν 139, 1. συναυλίζεσθαι 106, 6. σύνδενδρος 43, 11. σύρειν πορφύραν 10, 4. νεκρὸν σῶμα 14, 2. τυρόν 108, 20. δρῦν 36, 2. ὕνιν 37, 2. σῖτον 137, 1. κῶλα 109, 2. σχέδην 57, 4 em. σωρεύειν 129, 3. 137, 2. ταλαντεύομαι pensare 30, 9. ταμεῖον 108, 2. τερετίζειν 9, 4. τεφρός 65, 1. τεφρώδης 85, 14. ἡ τίγρις 95, 19. 102, 9. τριγχός 96, 1. τρώγλη 31, 17. 86, 6. 108, 22. 112, 2. 118, 6 praesipue in formula ἐς μυχὸν τρ. ὕνις 37, 2. φιλάλληλος 124, 9. φορτίζειν 111, 3. ὁ φρῦνος 24, 4. ἡ mater 28, 1. 6. φυκίς 6, 8. φωλεός 106, 2. φωλὰς κοίτη 82, 3. φωλεύειν 92, 5. 108, 2 cl. Schneidew. pr. XX. χειροτέχνημα 30, 4 ex em. O. Schneideri et Lachm. χηραμός 107, 12. ψαλίζω 51, 4. ψεῦσμα 57, 1. — ἀγρότις 12; 16 explicatur v. 1 ἀγροῦ μακρὸν (sic A) ἐξεπωτήθη et 11 ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων: quibus significatur ager ab hominibus cultus; eadem verba opponuntur sibi apud Ael. N. A. 4, 59. Itaque δέ vix differt a v. ἀλλά. Καῦμα θάλπει ut Soph. Ant. 417. Itaque Lachmanni ci. τέρπει praestat ei quam Sauppius proposuit sedem vv. τήκει et θάλπει permutandam esse. Voc. ἀγρότις usi sunt Ap. Rh. B, 509. Antip. Sid. A. P. 6, 111. Paul. Sil. 6, 54, 9. 57, 4 aliique poëtae anth. Gr. cf. schol. Ap. Suïd. Hesych. ἀθρόως τῶν σπόγγων διαβραχέντων 111, 18. non quia ‚subito' aqua repletae sunt spongiae sed quia magnam aquae copiam imbiberunt πᾶς ὁ φόρτος ὠγκώθη. Aliter enim dicendum fuisset ‚spongiis subito impletis surgere non potuit vel oppressus est'. Errat igitur K 398 etiam eo falsus quod ἀθρόα δάκρυα Ap. Rh. Δ, 34 putat esse ‚repente orta'. A, 428 dictum est ut Antip. 7, 210, 5 ubi v. Iac. del. p. 391. Afferre autem poterat Alciphr. 3, 3, 3. 50, 2. Schl. L. V. T. I 74. Geop. 2, 21, 2 ‚acervatim'. Plut. Ael. V. H. 1, 4 ἀθρόως πίνειν. Saepe Agath. Ceterum in hac f. 111, 14 pro πλείους σπόγγους fort. scr. πλείστους. αἴλουρος 17, 1. 6. 121, 2. K. 392: ‚ein hinsichtlich der Zeitbestimmung des B. bemerkenswerther Umstand ist, dass unter den bei ihm auftretenden Hausthieren auch die Katze erscheint. B. ist der erste Schriftsteller [petitio principii], der ihrer als eines auch ausser Aegypten verbreiteten Hausthieres gedenkt. Früher hatten die Gr. nur das Wiesel (γαλῆ) zum Wegfangen von Mäusen und dgl. als Hausthier gehalten [puto ut erinaceum], bei B. ist die Katze (αἴλουρος) eben im Begriff neben dem Wiesel in den Dienst des Menschen einzutreten: noch ist sie halbwild und für das Federvieh sehr gefährlich (F. 17. 121)'. B 27 tantum abest ut opinationem Ki probet ut homines ostendat persecutos esse mustelas cf. 345 H. Neque veteres utrumque animal tam accurate distinxerunt (H. 87. 423. Schleusner L. V. T. II 3 extr.) neque aliam fuisse felis αἰλούρου atque mustelae condicionem ita e B. 17. 121 probatur ut quicquam inde ad tempus Babrii definiendum colligi possit. Iam pergit K. ‚dass eben zu jener Zeit [Seleucidarum] die Verbreitung der Hauskatze [?] über Syrien erfolgt ist, wird man teils wegen der Höhe der Civilisation des damaligen Syriens, teils wegen der vielfachen nahen Beziehungen des Seleucidenreichs zu dem der Ptolemäer mit Sicherheit annehmen dürfen'. Quam priorem posuit caussam eam non intelligo; altera ut vera sit, non perspicitur primum cur animal quod haudquaquam ‚utilissimum' sed gallinis satis adhuc noxium mustelae, quam domi altam esse K. comperit, locum obtinuerit, deinde cur Babrii saltem temporibus nondum mansuetior reddita sit. V. quae narrantur ab Ael. N. A. 5, 7. 4, 44 ἀγριώτατα ζῴων ἐν τῇ Αἰγύπτῳ οἵ τε αἴλουροι καὶ οἱ ἰχνεύμονες καὶ οἱ κροκόδειλοι cf. 5, 30. 50 extr. V. H. 6, 8. Iam legimus apud Artemid.

3, 11 p. 173, 18 αἴλουρος κλέπτης ἐστὶν ὀρνίθων. Ergo Kellero auctore Seleucidarum tempore vixit. Solet autem K. vera falsa probabilia inepta promiscue habere dummodo acuminis quandam speciem captet. Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι. Ceterum f. αἴλουρος legitur apud Arist. H. A. Callim. Dem. 111 τὰν αἴλ. τὰν ἔτρεμε θηρία μικκά ubi Schol. τὸν ἰδίως λεγόμενον κάττον. Schl. L. V. T. I 81, f. αἰέλουρος iam apud Hdt. Ar. Anaxand. Timocl. (ind. com. 146). Piers. Moer. 37. Daves. misc. cr. 478. ἀναξαίνειν λύπην 12, 24. διαφοράν Pol. 27, 6 p. 1005, 23. Plut. στομάχους ‚incitare' Alciphr. fr. 6, 18. Ceterum v. 22 neque ἄνδρα recte dictum est neque totus v. concinit cum v. 8. — ἁπλοῦν 4, 5. ἰχθὺς εἰς τὸ πλοῖον ἡπλώθη 54, 2. F. 263. Dion. Perieg. Ael. V. H. 13, 31. Lucill. Agath. Orph. Arg. Anacr. 4, 5. 48, 22. ἀναπλοῦν θύραν 74, 3. voc. usus esse etiam Diosc. dicitur. ἐφαπλοῦν 95, 2. Plut. Erotici velut Long. 1, 20, 2. Orph. Arg. Geop. 12, 18, 1. 18, 1; 6. Et. M. 123, 6. 366, 47. F. 7. Rochef. p. 85 Sch. Hase ad Leon. Diac. Hist. 3, 4 p. 431. Iac. A. P. 4 p. 677. (Schneider) Anacr. p. 118. Herm. Orph. 814. Seiler Alciphr. 3, 3, 1 p. 310. Schl. L. V. T. 1, 349. Mehlhorn Anacr. 171, qui tamen eo errat quod Antip. Sid. A. P. 7, 23, 8 βίον διαπλώσας huc refert: etenim idem est atque διαπλεύσας. ἄρκος scriptum fuisse 14, 1 Suidas bis testatur, 95, 18 T: A ἄρκτος. Kn. 137 sq. Iac. Anth. T. X, 139. ad A. P. 696. Ael. N. A. 1, 31 p. 29. Schl. L. V. T. 1, 436. N. T. 1, 351. Hesych. Hdn. pros. 56, 9. B A 445, 14. Et. M. 144, 19. 16. 135, 51. Zenod. in Valck. Ammon. 228. Schäfer Aes. 7 Rochef. p. 147. Miller 33 p. 40. F. 25 habet ἄρκτος. Conscripta est illa quoque choliambis politicis: pro μεγάλη autem ex H. 69 scr. μεγάλως (Corais editione quod magnopere doleo carui) Ἄρκτος τίς ποτε μεγάλως ἐκαυχᾶτο. V. 2 ὡς φιλάνθρωπός ἐστιν πάντων τῶν ζῴων vereor ut defendi possit: fort. scr. φιλανθρωπότατον del. v. ἐστί vel πάντων. v. 3 extant formae duae φασὶ γὰρ ἄρκτον νεκρὸν μηδὲν βιβρώσκειν et φασὶ δὲ τὴν ἄρκτον νεκρὸν μὴ θοινεῖσθαι. v. 4 in F recte legitur ἡ δὲ ἀλώπηξ ἀκηκουῖα ταῦτα: altera ἀκούουσα ingulato metro, si placet Dionae. v. 5 constat sive ἐλάλει F sive ἀντέφη H scribis: ἐμειδίασε καὶ πρὸς αὐτὴν ἀντέφη qui v. non magis e f. iambica desumtus est quam τί με σπαράττεις μηδὲν ἠδικηκότα H 402 et H 33 b. 77. 252. 280. 334 c. 391. 248[b] λέων ἀκούσας βατράχου κεκραγότος quamquam ibi legitur μηδέν' ἀκοὴ ταραττέτω πρὸ τῆς θέας. Qui v. omnes accentum habent in penultima: pertinent enim ad vv. genus simile tetrastichis illis, sed et melius et vetustius. Quod quum Halmius non perspexerit saepe librarium emendaturus scriptorem corrigit eis quae ei propria erant deletis. Ultimo F 25 H 69 versui medebimur deleto καί ut fuerit εἴθε τοὺς νεκροὺς ἤσθιες μὴ τοὺς ζῶντας. Possis etiam omittere τούς ante νεκρούς vel scribere εἰ. Eodem vv. genere conscriptae sunt 21—24 F aliaeque multae, velut 62. 76. 81—83. 89. 94. 101. 102. 108. 111. 112. 114. 119—123. 134. 140. 146. 147. 150—157. 162. 169—175. 183. 187. 189. 198. 199. 303. 347—352. (359.) 362. 364. 366. 370. 371. 374—376. 382. Halmianae facili opera in istos vv. redigi possunt totae aut certe partim: 1. 4. 6. 16b. 19. 21c. 31b. 53. 56. 62. 63. 63b. 66. 67. 69. 74. 78. 90. 94. 96b. 98. 100b. 104. 123b. 141. 152. 157. 174. 176. 177. 178. 207b. 215. 229. 237b. 240b. 251. 253. 255. 261. 268b. 274. 276b. 278. 279 et b. 281. 285. 287b. 291b. 294. 296b. 297b. 303. 311. 314. 316b. 318. 322b. 332. 340. 343. 344. 346. 349b. 353. 356. 371. 375. 379. 384. 386. 394. 402. 404. 408. 409. 413. 416. 418b. 419. 420b. 422. 425. 426. Quae observatio*) quantum valeat ad tempus fabularum definiendum nemo non intelligit. Patet autem eas habendas esse recentissimas quae e f. politicis effectae sunt verbis transpositis et immutatis. Plerumque autem verba, quae aliquis in eis eloquitur, metrum servaverunt; v. modo F. 82 H 413 ἦν τις χαλκεὺς κυνάριον ἔχων· τούτου | χαλκεύοντος [τὸ] κυνάριον

*) V. V. quosdam agnovisse Coraen e Milleri p. 69 et Knochii libris comperi.

ἐκοιμᾶτο· | καὶ αὖ πάλιν ἐσθίοντος ἐγρηγόρει. | οὗτος ἐπέρριψεν ὀστοῦν λαλῶν ταῦτα (sedem verborum mutavi)· | ὦ ταλαίπωρον κυνάριον ὑπνῶδες | τί σοι ποιήσω ὄκνῳ κατεχομένῳ; | ὅτε μὲν γὰρ τὸ ἀκμώνιον [μοῦ] προςκρούσω | ἐπανακλίνεις σαυτὸν (cod. ἑαυτόν: mutav. E in C) ἐπὶ κραββάτου· | ὅτε δὲ πάλιν τοὺς ὀδόντας κινήσω | εὐθὺς ἐγείρῃ καὶ τὴν κέρκον μοι σείεις. Contuleris F 21 cum H 66 et videbis in hac f. plurima esse immutata, quum in illa metrum servatum sit fere integrum (v. 1 scr. κατέχων, 5 et 6 fuerint καὶ δὴ θυμωθεὶς ἄρας αὐτὸν τοῦ σκέλους ἔρριψεν αὐτὸν ἐν τῷ τοίχῳ προςκρούσας): sed in H 66 quoque ultima pristinam formam retinuerunt: στρεβλὸς τυγχάνεις ὡς οἶμαι καὶ ἀγνώμων· | τιμῶντά σε γὰρ οὐδὲν ὠφέλησάς με· | τυπτήσαντα δὲ πολλοῖς καλοῖς ἠμείψω. Τί σοι ποιήσω dixit F 82 ut 187 H 349b. v. 15 ἆ ἆ τί δέ σοι ἐγὼ ἄρτι ποιήσω: etenim illa quoque f. constat vv. politicis. Alterum ἆ addidi. v. 3 dele πως post μή. 7 inter καί et λέων excidit καλός. 16 pro ταῦτα scr. τοιαῦτα. 18 pro καῦσαι aut cum Furia scr. κροῦσαι aut παῖσαι. 20 ἄλγει μεγάλῳ Halmius recte. 22 est nom. abs. de quo supra diximus. 9 μᾶλλον et πλέον coniuncta sunt ut metrum constet v. F 305 μεθύων λύχνος ἐν ἐλαίῳ καὶ φέγγων | ἐκαυχᾶτο, ὡς ὑπὲρ ἥλιον πλέον | λάμπει. ἀνέμου δὲ πνοῆς συρισάσης | εὐθὺς ἐσβέσθη. ἐκ δευτέρου δὲ ἅπτων | τις εἶπεν (fort. εἶπέ τις) αὐτῷ· φαῖνε λύχνε καὶ σίγα | τῶν ἀστέρων τὸ φέγγος οὔποτ' ἐκλείπει. Male Halmius 285 ἐν delevit. Ultimi vv. choliambi sunt ex altera recensione B. 114 servati. Neque cur saepe verba inepte coacervata et collocata sint neque cur in F 361 H 278 τοῦτον non τοιοῦτον scriptum sit quisquam intelleget nisi metro cognito: λύκος ἐν κλοιῷ ὁρῶν μέγιστον κύνα (delevi glossam δεδεμένον) | ἤρετο· δήσας τίς σ' ἐξέθρεψε τοῦτον; | Scripsi F 21 κατέχων ut legitur in F 122 H 322b quam Cobetus V. l. 184 in metrum suum restituit: sed non intellexit ille vir acutissimus legem illorum vv. supremam ut in penultima versus sede accentum habeant. Itaque v. 14 non scr. est μυρεψῶν pro μυρεψούντων (v. E. Schn. 95) sed εἰς ante ἕνα delendum quod alia iam de caussa H fecerat. v. 17 melius addito articulo scriberetur ὁ δ' ἀπιὼν κατέπεσεν εἰς τὸ ὕδωρ. Restituemus denique scriptori formam pessimam quidem sed tamen ei iniuria ereptam F 157 H 16b. ὄρνις δήποτε κατακλιθεὶς ἠρρώστει (δήπ. saepissime in δέποτε corrupta est: saepe etiam δή quod v. requirit excidit velut 63 H δήποτε συνώδευσε λέων ἀνθρώπῳ: cod. ποτέ). v. 3 scr. πῶς ἔχεις, φίλε; τί δέ σοι; ἥν τι χρήζῃς (F ἵνα H ἐάν) | ἀνάγγειλόν μοι καὶ πάντα σοι παρέξω | ὅμως (corrigo e B. 121, 3 μόνως) ἔγειρε καὶ τεύξῃ τῆς ὑγείας |. Et ὑγεία et ταμεῖον pronuntiando corruptae sunt e formis genuinis ὑγιεία et ταμιεῖον: cuius rei supra quaedam posui exempla. B. 108, 2. Lob. Phr. 493. Paral. 28. Path. 1, 279. 2, 184. prol. 234 n. Piers. Moer. 380. Pors. Or. 229. Adv. 116. Iac. Ach. Tat. 812. 946. Cobet. N. l. 331. Schl. L. V. T. V, 258. 361. Winer 86. Et. M. 468, 1 sq. 774, 32. 36. Plut. Ael. A. H. cf. ind. com. 999. Cognovisti in fabulis Florentinis plurimos latere vv. politicos, item in Vaticanis, quarum multae constant fab. mere Babrianis ita tamen plerumque mutatis ut politicorum vv. speciem referant. In fabulis quas Miller edidit nonnulla, in Planudis et Syntipae fab. quae feruntur perpauca, in Palatinis et Augusteis nulla omnino vv. politicorum vestigia reperies. Augustea autem collectio quam I. G. Schneider edidit omnium longe optima habenda est. Inde patet quid de tempore quo conscriptae sint sit statuendum: atque cum his observationibus sermonis usus concinit. Quibus quaedam de Ignatii tetrastichis addere iuvabit. Sed paullo longius repetendum est. f. 39 sic ut nunc legitur non est a Babrio profecta. Ubi est enim singularis illius artis describendi et depingendi quam cum plurimae aliae tum 95 referunt vel minimum vestigium in f. tam exili ut vix intellegi possit? Vel f. pedestres (H 116) sunt pleniores. Nec tamen est cur quicquam a librario omissum esse statuamus: sedenim tenue summarium est carminis explicatioris in 4 vv. coarctatum ut 8. 29. 40. 41. 73. 81. 83. 110. 14. 54. 60. 80. 90. 96. 109. 113. 121, quarum praesertim quas priores posui eodem vitio laborant, 73. 83 (109, 2) insuper aliis, non-

nullae autem ab ipso B. sic profectae videntur esse. Nec dubito quin 39, 4 εἰρηνεύοι in extremo v. non sit Babrii sed epitomatoris. 121 autem v. in A omissum esse et tetrastichon p. 381, 2 Nev. et F. 157 verisimillimum reddunt: quem hunc fere fuisse Lachm. egregie suspicatus est (pr. 18) χρονιώτερον γὰρ δορκάδος βίον ζήσω. Ex illis autem summariis quae quatuor vv. ambitu fabulae sententiam comprehenderent nata sunt deinde tetrasticha Ignatii Magistri, de quo v. Fur. p. 82. Tyrwh. n. 5. 40. Nomen autem Gabriae quod nonnullis ex his fabulis praefixum legitur etiam Kellero homini in paucis docto et acuto illusit: nam quem 411 extr. ab Ignatio Magistro diversum esse statuit Gabriam is nunquam fuit sed errore tantum fictus est, ut alii quoque dudum intellexerant. Quod quum aliis de caussis perspicuum est tum inde quod quae fab. apud Nevel. 381—387 prae se ferunt nomen Babriae eiusdem generis sunt tetrasticha, f. autem Babriana inter Gabrianas legitur 379. Quidquod in cod. Matrit. diserte legitur τετράστιχα βαβρίου καὶ ἕλληνος (Lachm. pr. XVIII), in cod. Laur. τετρ. Γαβρίου γραμματικοῦ καὶ ἕλληνος, in Caesareo Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ μεταγραφὲν ὑπὸ Ἰγνατίου Μαγίστορος, cod. Par. Γαβρίου ἐν ἐπιτομῇ τετρ. (Miller 10), quocum cf. inscriptionem Nev. et cod. Naniani Γαβρίου Ἕλληνος τετράστιχα, in alio cod. Ἰγνατίου διακόνου τετράστιχα δίιαμβα εἰς τοὺς μύθους Αἰσωπικοὺς μεταφραστικά. (Kn. 30. 63. n. Fabric. in prol. ed. Fur.) Contuleris vv. qui sub Babrii nomine a Io. Georgide afferuntur. Praeter 53 autem tetrasticha Ignatii, quae Neveletus edidit, viginti et fortasse etiam plura Wilhelmo cuidam (teste Knochio p. 30) nota erant; 82 insunt in cod. Matrit.*). Accesserunt 9 (8) tetrasticha et 5 fabulae eo metri genere quod descripsi compositae e cod. Paris. Reg. 1685 et 2571 quae in libello: Notice d'un mscr. Grec contenant une rédaction inédite des fables d'Ésope par M. E. Miller. Paris 1841 (Extrait de la 2. partie du t. 14 des notices des mscr.) prostant vel potius latent. Neque enim a quoquam eius libri mentionem factam cognovi. Halmius autem quem hoc maxime decebat tam constanter de eo tacet ut nisi singularis eius doctrina et diligentia in his quoque fabulis recensendis abunde perspicua vetaret eum Millerianam commentationem utilissimam ignorasse dicerem. Fabula aliunde non cognita ἀρότης καὶ λύκος apud Mill. extat p. 27. 6. Quam H praetermisit ut f. de dipsade et asino quam antiquis usus auctoribus Ael. N. A. 6, 51. v. Iac. n. 236 narravit. v. quoque Mill. 60 p. 58. Ignat. Nev. 360, 13. Ad f. 11 haec verba μὴ μόνον αὐτὴν τίκτειν ἀλλὰ καὶ παραδόξως τοῦ δὲ ποιμένος ἀχαριστίαν τοῦ ἀπαιτοῦντος τὸ χρέος κατηγοροῦντος ἔφησαν ἐπιστραφεῖσαι· ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ. Miller adnotat 'il y a quelque chose d'oublié dans le texte; on ne comprend pas comment arrivent ces féminins pluriels qui ne sont pas justifiés par ce qui précède'. Etenim duae fab. in unam coaluerunt; verbis ἀλλὰ καὶ παραδόξως prior pars fab. 11 finitur (S 5 H 11 p. 5 extr.): sequitur autem non altera pars eiusdem f., sed insequentis f. S 6. H 11. τοῦ δὲ ποιμένος ἀχαριστίαν αὐτῶν κατηγοροῦντος i. e. τῶν αἰγῶν. Qui haec descripsit fabulam esse unam putavit: aliter enim pro αὐτῶν non scripsisset τοῦ ἀπαιτοῦντος τὸ χρέος. Etiam 70 coaluit e F 324 et 325. Ceterum notabis Millerianam collectionem Augusteae esse cognatam. Quam plurimi loci inde sunt emendandi: scatet enim vitiis, e. gr. f. 13 τῶν δὲ ναυπηγῶν σκοπούντων τὰ ἑαυτῶν καὶ ἐγκαλουμένων εἰς ἀπόκρισιν scrib. σκωπτόντων τε αὐτὸν καὶ ἐγκαλ. Pro τῶν δὲ διανοουμένων scr. τὸν δὲ Δία διανοούμενον cet. Sed ut seria commutentur risu lepidos quosdam

---

*) In tetrast. Nev. 38 p. 376 H 334 c. ἰατρικῆς μετῆλθον ἔργ' ἀναξίως scr. esse conicio ἀδεξίως. 39 p. 377 ζῷον τράχηλον ἐκ λύκου λαιμοῦ φέρων corrige σῶον. 4 p. 382 in extremo v. γένου: debuit γενοῦ quod refellitur accentu: scr. γίνου. 9 p. 386 ἄγρην γεράνῳ μέριζε καὶ κερδοῖ λέων: v. non constat; γεράνῳ falsum est: corrige ἄγρην ὄνῳ μέριζε. γεράνῳ ortum ex γρ. ὄνῳ. 25 p. 370 πῆξε χελιδὼν νεοσσίαν κριτηρίου ὕπερθεν scr. erit καλιάν. Isti quoque vv. varias subierunt recensiones. Latent in eis vv. Babriani, velut p. 18 n. 1 Mill. γεωργὸς ὤπτα κοχλίας ἀριστῆσαι. De l. α corr. v. Iac. A. P. 722. Fragmentum novum.

Babrii si dis placet vv. a Maehlio quodam exsculptos adscribam: qui 39 inter v. 2 et 3 hosce putat intercidisse τῷ δ' αὖτε δελφίνων τις εἶπε φωνήσας· ἡμῖν δὲ πολλῷ κρεῖττόν ἐστιν ἀλλήλους διαφθαρεῖν (sic) ἢ σοῦ τυχεῖν διαλλάκτου (sic!): ut enim turpissima vitia omittam, et πολλῷ ineptum est et passivum διαφθαρῆναι necessario requiritur. Similia multa magis etiam iocosa apud ipsum legas Maehlium. Non magis autem Babrianos esse censeo vv. quosdam f. 123, quae in cod. A est ultima. V. 4. ἀθρόον μέλλων λήψειν: sententia est bona, ἀθρόον habet quo referatur v. θησαυρόν, μέλλων per se recte dictum est sed corrumpit metrum (sic Minas in apographo: in cod. est θέλων; etiam πλεῖστον in apogr. dedit pro πολλόν), accedit forma inaudita λήψειν qua vix extremae aetatis barbari usi sunt (v. epim. 94, 9). Lachm. igitur scripsit acutissime ἀθρόων μένων λῆψιν sed utrumque et ἀθρόων et μένων λῆψιν mire dictum est. Seidler ἀθρόην scr. voluerat. Μένειν τινά enim is dicitur qui remanet donec aliquis adveniat; quid senserit, non indicatur: quod quam parum aptum sit h. l. ubi significatio expectandi, sperandi, cupiendi necessario requiritur patet. Itaque cum μένων non indicet qua cupidine motus gallinam necaverit sententia haec θησαυρὸν πλεῖστον ᾤετο εὑρήσειν inepte repetita est. Offendit praeterea v. 3 ἐν τῇςδε quod excipit denuo 4 ταύτην; πολλόν pro πολύ 6 vel πολύν 3 B. dixit nunquam. Neque praetermittendum est ἐγκάτοις. Denique teneamus v. 2 θησαυρὸν ᾤεθ' ὁ δεσπότης ἀνευρήσειν vitio laborare metri quod peritior tantum perspiciat neque nisi violenter mutato verborum ordine restitui posse. Ergo caret f. vulgatis librariorum vitiis; quae insunt, referunt sententiam plerumque bonam; sed violantur propter eam leges sermonis Graeci, leges metri. Quibus accedit quod tota f. excepto v. 1 teste Dindorfio in cod. A non legitur manu vetusta sed recentissima exarata. Tenemus ergo, ni fallor, Minoidem Minam Graecum fraudulentum qui e f. H 343 pro suis viribus effinxit Babrianam specimen daturus illius artis qua postea totam alteram fabularum partem, suum foetum, Babrio supposuit. Voluit iste tentare num hominibus doctis verba dare posset. Quod hac in f. ei successisse ut non mirum est — novus enim erat scriptor neque quid ei tribuendum sit, quid non, tam brevi temporis spatio dispici potuit — ita tot tamque praeclaris viris eum fraudem fecisse collectione fabularum altera quam Levisius edidit, satis mirari nequeo. Perspexit fraudem ut par erat Dübnerus, perspexit Cobetus, perspexit Hauptius: defensor extitit — nam servum pecus non curo — vix est credibile, vir sagacissimus Hermannus Sauppius. Quem non moverunt tot ineptiae sententiarum, non immanis barbaries sermonis prae qua saec. VII sermo est purissimus, non Callimachi vv. e collectionibus fragmentorum Babrii in prooemium stulte fictum intrusi, denique non metri sordes: quid quod ex metro si placet Dionae Sauppius demonstrabat eum qui has fabulas scripsit fere saec. VII p. Chr. n. vixisse. Esse enim genus illud iamborum in quo α ι υ et corripiantur et producantur. Quibuscum versificator iste vix comparari potest. Nam non nisi priores illorum iambographorum neque nisi rarissime pedibus trisyllabis usi sunt, fabulator saepissime; inter primos autem quominus referamus barbaries sermonis prohibet. Deinde illorum versus in penultima sede semper habent accentum, hic saepe alio loco. Choliambis autem illi non sunt usi. Quid quod ille saepe ne pedes quidem accurate numeravit. Quivis puto qui nullis praeoccupatus opinationibus ad scriptorem istum accedit cognoscet studium choliamborum antiquorum faciendorum: sed Minam defecerunt vires neque vincula recentioris atque hodiernae prosodiae quibus obstrictus a natura tenebatur perrumpere potuit. Babrii in eis fabulis nihil est praeter ea quae e f. pedestribus desumsit. E longa digressione a subdito Babrio ad genuinum redeuntibus statim cum interpolatore depugnandum est. Adi. ἀτεχνής 75, 4 Graecum esse Nauckius Mus. Rhen. 7, 155 et Cobetus iniuria negant. Ἀτέχνης enim formatum esse ut κλυτοτέχνης Homeri πολυτέχνης Solonis Meinekius et Schneidew. adnotaverunt (pr. 13): indicare debebant qui longe plenius de ea re

disseruit Wernickium ad Tryph. p. 425. Ἀτεχνής autem a τέχνη ut ἀτυχής a τύχη derivatur; firmatur etiam adv. ἀτεχνῶς. Lucian. dixit κακοτεχνέστερος. Sed aliud est quod magis offendat. Vide modo orationem pendentem ἰατρὸς ἦν ἄτεχνος· οὗτος... ὅδ' ἀτεχνὴς ἰατρὸς εἶπεν εἰςβαίνων ... φησὶ ... ταῦτ' εἶπε. Non solet B. ita balbutire. Metro labanti succurrit Lachm. scribens ὧδ' ἀτεχνής: sed offendit ε ante χν correptum, offendit ὧδε (B. enim οὕτως, ταῦτα sic solet dicere 6, 5 cl. 13. 56, 6. 95, 60. 122, 3. 124, 6. 17, 4. 43, 13. 84, 2. 115, 4), offendit ut antea oratio turpiter hians, offendit εἰςβαίνων, quod prorsus supervacaneum est atque ne descriptioni quidem inservit. Accedit quod vv. ἰατρὸς ἦν ἄτεχνος parum pulchre repetita essent ἀτεχνὴς ἰατρός. Omitte v. 4, iam oratio constabit: v. 28, 4; intrusus est ut verba scilicet aliorum et medici dirimantur. — Babrius dixit βαθυγνώμων 127, 5 (Suid. Boiss. Eunap. 514) βαθύσκιος 92, 2 (praeter hy. Merc. 229 usurpatum a Theocr. 4. 19, Luciano, Musaeo 111 v. n. Passovii p. 198) βαθύστρωτος 32, 7. Musae. 266. cuius f. v. 6. ἠρμένου — falso enim ι subscribitur — a mutatione defenditur loco Eubul. ap. Ath. XV, 685. C. Gr. 3, 258. Ac tamen ingeniosam Seidleri ci. ἠργμένου memorandam esse duco*). Pro voc. βαθύσχοινος 46, 2 recte O. Schneider scr. βαθυσχίνῳ quo voc. Leon. Tar. 107, 2 Mein. usus est. σχοῖνος enim neque cervo nutriendo apta est neque prato pulchro describendo inservit: utrumque facit σχῖνος. B. 3, 4. Iac. Ael. N. A. 6, 42 p. 230. Mein. Theocr. 239. — βρύχων τὸ στόμα 95, 45. βρῦκον στόμα Nic. Al. 226 ubi v. O. Schn. 287 et Schol. 90. ὀδόντα ἐπιβρύκων Tymn. 4, 4 (7, 433) βρύχειν ὀδόντας Hippocr. (Foes. Oec. 129). θῆρα-ὀδόντα βρύχοντα Arch. A. P. 15, 51, 4. βρύκειν· τρίζειν τοὺς ὀδόντας Hesych. v. praeterea Et. M. 215, 47. 216, 7. 14. Thom. M. 61, 15. Piers. Moer. 99. Valck. Ammon. 34 L. Ind. com. 251. Schl. L. V. T. 1, 590. N. T. 1, 493. Iac. del. anth. p. 430. Ael. p. 154 cl. 172 med. A. P. 510. Kn. 96. Inde verisimile erit non esse cum G. H. ad Soph. Phil. 735 discrimen statuendum ut βρύκειν significet mandere, βρύχειν frendere, sed potius eiusdem v. formas (fortasse dialecto) diversas ducemus. Neque dubitamus quin 77, 2 ἰχανῶσα τυροῦ non sit mutandum, neque in ἰσχανῶσα neque cum Hartungio in ἐγχανῶσα ‚inhians' (quae e toto libro memorabilis est ci. illius): quid novum fingatur vocabulum quum quod requiritur legatur apud Alciphr. 1, 22, 2 ἐγχανὼν τῷ πλακοῦντι: quo loco simul docemur τυρῷ scr. fuisse. In Homericis carminibus dicitur ἰσχανᾶν δρόμου, φιλότητος: ἰχανᾶν autem eiusdem verbi forma proba est: Steph. Byz. Ἴχανα 342, 15 M. ἰχανᾶν τὸ ἐπιθυμεῖν Drac. Str. 50. Et M. 478, 46 sq. (568, 8 ἰχαίνειν· ἐπιθυμεῖν). Hesych. s. v. ἰχανῶσα et praeterea quinquies. Ceterum notandum in f. pedestri H 204 S 123 ex altera recensione superesse v. κόραξ, ἔχεις τὰ πάντα, νοῦν μόνον κτῆσαι. V. ἰατρείη 94, 7, quo usi sunt Aristot. Plut. Sept. (Schl. 3, 98) ci. Lachm. aliorumque restitutum est: A ἰατρείων; L. ἰατρειῶν accentu refellitur; Schneidew. τῆς ἰατρείης, quae ratio violentior est τὴν ἰατρείην κεφαλὴν Ahrentis indicasse sufficiet. ἰατρεῖα explicatur μισθὸς τῆς θεραπείας in lex. Cyrilli et a Poll. 6, 186. ‚Domus medici' est in Et. M. Iam si meminerimus temporibus serioribus voc. in ιον et ία interse commutari (Lob. Phr. 517), τῶν ἰατρείων servari posse putabimus. In Polyb. praeter κυνηγία κυνηγεσία ἀρχαιρεσία σιταρχία leguntur f. in ιον. In f. pros. nihil est auxilii. F. 94, quae vv. politicis constat, v. 5 ἐπεζήτει bene se habet neque scr. est ἐξήτει e F 102 S 153. Sed F 46 H 107 b quod legitur v. simplex ἐζήτει emenda ἐξήτει. Vitium vulgatissimum. V. ὀρίτροφος 106, 3 (Opp. Hal. 1, 12. Nonn. Dion. Schol. Lyc. Et. M. 630, 27. ὀριτρεφής Ap. Rh. B, 34. ὀρειτρεφής Orac. ap. Luc. Alex. 48. Wern. Tryph. 193 p. 207) Babrius correpta l. ι quae et natura et insuper positione erat longa in arsi soluta extulit. Nam etsi

*) Quas in ea commentationis parte quae typis non exaratur protuli eiusdem viri emendationes ne lateant hic indicabo: 11, 8 κότον. 26, 5 ἐπέγνων. 30, 9 ἰδοὺ λέγοντα. 34, 9 κύπτει. 63, 12 οἷς θύσεις. 88, 11 νῦν: παῖ. 95, 26 τότ' αὖ. 111, 18 ἑκών: τρίτον. 131, 22. ὡς δεῖ. Quae mihi non probabiles esse videbantur ut decebat praetermisi.

statuis voc. composita quorum prior pars est ὄρος l. ι habere posse eam semper produci et ratio et usus iubent. Valde autem dubito num recte alio modo componi possit quam ut fiat ὀρεσι ὀρεσ ὀρει ὀρεο deinde ὀρο: formae ὀρι correptâ ι unum quod novi exemplum Ὀρίβακχος eo excusationem habet quod poëta Opp. Hal. 1, 24 (et qualis poëta! v. Herm. Orph. 761. 763) alia ratione in v. omnino collocare non potuit, nisi vel hoc cum Passovio scr. Ὀρόβακχος cf. Lob. Phr. 677. 686. Path. el. 1, 473. 109. 288. 312. Et. M. 461, 24 sq. et saepius. B. recte dixit ὀρείνομος ὀρείφοιτος. Ut autem in hoc voc. B. errasse ita recte eum dixisse πανθοίνην δαῖτα puto 95, 90, quod Suid. affert: A παντοίην. πανθοίνοις τραπέζαις Opp. Hal. 2, 221. Lob. Phr. 499. par. 465. Kn. 144 (πανθοινία Ael. N. A.). Utrum πανθοίνην an παντοίην sit scr. e sententia dispici nequit: poëtam magis decet πανθοίνην (cf. ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὥρης 12, 4). Quod cum in Suidae cod. fuerit, facile autem intellegatur, qui in usitatum v. παντοίην mutari potuerit, equidem non dubitem in verba B. recipere. Nam in forma fem. nihil est offensionis. Quare autem coena dicatur πανθοίνη explicatur vv. λαφύσσων πίνων δάπτων. Πέλυξ 64, 9 legitur in v. quem L. tamquam ex alia recensione intrusum uncinis inclusit. Fixius e F 268 μνησθεῖσα τῶν πελέκεων καὶ πριόνων τῶν ἀεί σε τεμνόντων scr. τῶν πριόνων post πελέκεων supplens τε. Similiter Seidler verba constituebat τῶν πριόνων τε τῶν ἀεί σε τεμνόντων καὶ τῶν πελέκεων τῶν ἀεί σε κοπτόντων et sic B. si non revera scripsit scribere potuit. Illud εἰμί autem v. 5 egregrie superbiam indicat futura tamquam iam adessent cogitatione praecipientis. v. 6 τοσούτων rectissime dictum est neque opus est ci. a nonnullis proposita τοσούτῳ quae et sententia non multum commendatur et hiatu refellitur. — Λιμνάσιν αἰθυίαις A (sic) 115, 1: m. pr. in marg. scr. λιμναίαις. 24, 3 legitur λιμναίους χορούς: B. αι non corripere vidimus: utroque loco comparato verisimile videbitur formam usitatam λιμναῖος, quam librarius etiam 115, 1 adscripsit, rarioris locum obtinuisse. Itaque 24, 3 non cum Ahrente λιμνίους, voc. satis dubium, sed cum Lachm. λιμνάδας restituendum esse censeo. λ. νύμφαι Theocr. 5, 17. In eadem fab. ped. H 17ᵇ. ὁ Ἥλιος πᾶσαν ὕλην ἀποξηραίνει scr. est ἰλύν: vitium ortum itacismo. Σφαλεύς 107, 11 ferri non potest quia et praecedente ἐδικτυώθη inutile est nec quicquam ex iis quae sequuntur eo refertur. Requiritur autem ut narretur qua ratione vinctus sit. Quod perspexerunt Ahrens qui ci. κάσφαλῶς et Mein. qui scr. σφαλοῖς: at hoc non signif. laqueum sed compedum genus vel potius codicem. Poll. 8, 72. Hesych. Lob. Rh. 276, 5. Sed cum in F 98 legatur συλληφθεὶς ὑπό τινων κυνηγῶν κάλῳ ἐπεδέθη ἔν τινι δένδρῳ (S 148 H 256) fort. scr. est in B. κάλῳς. Quo refertur v. 13 βρόχον: ibi art. non magis necessarius est quam 2 τοῦ μόρου. v. 8 pro χάριν θήσω emendandum est τίσω ut 27, 3. v. 9 autem melius quam παρῆκε esset ἀφῆκε ut 19, 8 ἀπῆλθεν non παρῆλθεν: nam non praeteriit sed abiit. De 130, 14 δρηστὴρ ληστής dixi Obs. Pol. 11; adde Ap. Rh. Γ, 700 c. schol. ὄχλος ἀγρότης 34, 1. ἔλαφος κεράστης 43, 1. 23, 2. δικαστήρων γερόντων 118, 3. διωκτῆρα λύκον 130, 14 (cf. Call. Art. 207. Antip. Sid. 64, 1. Ael. V. H. 14, 46). cf. 95, 8. 131, 8. 74, 6. 118, 3. κήϋξ ἀγρώστης 115, 2 (Qui h. l. et ab aliis distinguuntur λάρος et κήυξ a Tzetze ad Lyc. eaedem aves esse dicuntur: videtur cerylum et halcyonem permutavisse, v. Iac. Ael. N. A. 7, 17 p. 259. λάρον Opp. Ix. 2, 4 narrat τοῖς ἀνθρώποις εἶναι προςφιλέστατον: quo l. non vereor ne quis abutatur ad defendendam scripturam Tymn. 3, 3. A. P. 7, 199 ἡρπάσθης φίλε λάρε: λάρε efficit pyrrhichium, requiritur trochaeus: itaque scripserim φίλε λαρέ i. e. ‚suavis amice'.) Pleraque autem nomina ab Alexandrinis formata in τηρ exeunt. Ceterum in f. 130, 4 pro fut. περισσεύσει quod qui explicandum sit nescio cum Corae praes. restituendum esse censeo. Neque magis probari puto βοτάνη ὀρείη praecedentibus vv. ἐν ὄρεσιν εὐθαλὲς τί γεννᾶται; F ὡραῖα: egregie Hauptius correxit ἀραιή ut 108, 6. Quae emendatio finem imponat commentationi. Fines enim praescriptos mihi iam transgresso subsistendum est. Itaque si

quis benevolo animo in via, non infitior, satis spinosa me hucusque secutus fuerit eum rogo atque flagito ut quae me peccasse intellexerit benigne excuset: nam etiamsi me non imparatum ad opus accessisse cognoverit, tamen quae collegeram et excogitaveram intra duorum fere mensium spatium in ordinem redigenda et elaboranda erant. Subito enim poscebar. Meliora autem nunc plurimis maximeque variis negotiis distentus praestare non potui. Quae si non prorsus displicuerint Ernesto Tromphellero, Hermanno Sauppio, Carolo Sinteni, praesertim autem cui quantum debeam nunquam satis efferre potero Mauricio Hauptio, magnopere gaudebo.

COROLLARIUM.

Quibusdam fabulis politicis suos numeros reddam. H. 207b F 352 Ἰκτῖνος ὄφιν ἄνω–πετάσας φέρει. | Ὁ δ' ἐπιστραφεὶς καὶ δακὼν τοῦτον αὖθις | εὐθὺς ἔκτεινεν. ὁ δ' ὄφις ἀνεβόα· | ἵνα τί ἄρα οὕτως αὐτὸς ἐμάνης | ὥστε τοὺς μηδὲν ὅλως ἠδικηκότας | βλάπτειν ἐβούλου καὶ θάνατον προς-άγειν; | ὅμως πέπονθας ὃ ἐβούλου μοι πρᾶξαι... Male Halmius αὖθις delebat. ὅμως videtur esse i. q. ἐξ ἴσου. fort. scr. μόνως. H 157 Ἡμιόνός τις ἐκ κριθῆς παχυνθεῖσα | ἀνεσκίρτησε καθ' ἑαυτὴν βοῶσα· | ‚πατήρ μού ἐστιν ἵππος ὁ ταχυδρόμος | κἀγὼ δὲ αὐτῷ ὅλη ἀφωμοιώθην.' | Καὶ δὴ ἐν μιᾷ ἀνάγκης ἐπελθούσης | ἠναγκάζετο ἡ ἡμίονος τρέχειν· | σκυθρωπάζουσα δὲ δρόμου πεπαυμένη | πατρὸς οὖσα ὄνου εὐθὺς ἀνεμνήσθη. v. 7 refinxi ex his verbis ὡς δὲ τοῦ δρ. ἐπέπαυτο, σκ. 8 pro οὖσα F τοῦ: itaque possis etiam scr. τοῦ π. τοῦ ὄνου. In ceteris nihil mutavi. H 274 F 101. Λύκος ἄρνα (ποθ') εὑρὼν πεπλανημένον | οὐκ ἀφήρπασε χειρὶ δυνατωτάτῃ | ἀλλ' ἠθέλησε μετ' εὐλόγου αἰτίας | τοῦτον φαγεῖν. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτα (F τοιαῦτα). | (οὐ) πέρυσι σὺ πολλὰ καθύβρισάς με; | ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν θρηνωδῶν ἀνεβόα· | ἔγωγ' οὐ [ἐν] τούτῳ γεγένημαι τῷ χρόνῳ. | ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· τὴν ἄρουράν μου νέμῃ. | ὁ δ' ἀρνὸς ἔφη· ἀκμὴν τροφὴν οὐκ εἶδον· | Πάλιν ὁ λύκος ἐκ τῆς πηγῆς μου πίνεις | ὁ δέ· ‚οὔπω πέπωκα ὕδωρ' προσεῖπεν [αὐτῷ]· | τῆς [γὰρ] μητρὸς [μου] τὸ γάλα [ἡ] τροφή μου καὶ [τὸ] πόμα. | ὁ δὲ συλλαβὼν καὶ φαγὼν τοῦτον εἶπεν· | ἀλλὰ ἐγὼ τέως ἄδειπνος οὐ μένω (F μενῶ) | εἰ καὶ σὺ ἀφορμὴν ἐμὴν πᾶσαν λύεις.

Supra p. 12 not. add. νυξί Nic. Dam. 39 p. 176, 2 West. De ἀρῶ p. 9 dixit Daves. m. cr. 419. 598. Gratiae denique mihi agendae sunt Hirschfeldero collegae carissimo qui in typothetae vitiis tollendis me benevole adiuvit.